DE OPTATIVI APUD DIONEM CHRYSOSTOMUM ET PHILOSTRATOS USU.

Dissertatio inauguralis philologica

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum ordinis

ad summos in philosophia honores
in Universitate Friderica Guilelma Silesiaca
rite impetrandos

die IV mensis Quintilis anni MCMXIII hora XII et dimidia

una cum sententiis controversis in Aula Leopoldina
publice defendet

Bertholdus Jaekel
Silesius

Adversarii erunt
Dr. phil. M. Krueger
Dr. phil. W. Lehmann

Trebnitziae
Typis Maretzke et Maertin
MCMXIII

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
Ricardus Foerster.

Examen rigorosum habitum est die 19 mensis Februarii
anni MCMXIII.

Ricardo Foerster

S.

Cum de optativi apud *Κοινῆς*, quae dicitur, scriptores usu complures iam commentationes exstent, ita ut, quomodo apud illos hic modus magis magisque evanescat, melius iam cognoverimus, qualis sit huius modi usus apud *Ἀττικιστάς*, qui dicuntur, excepto Schmidio [1]), qui de eorum genere dicendi in universum disseruit, a nullo diligentius exploratum est. Unius Dionysii Halicarnasei libri a Schroefelio (de optativi apud Dionysium Halicarnaseum usu, Vrat. 1909) accurate investigati sunt. Quatenus optativus apud posteriores illos *Ἀττικιστάς* denuo in maiore usu fuerit, hac de Dione Chrysostomo Philostratisque dissertatione, qui in amplissimorum *Ἀττικιστῶν* auctorum numero habentur, ostendatur.

Iam ad rem ipsam accedamus.

A. De optativi apud Dionem Chrysostomum usu.

In Dionis orationibus [2]) exstant optativi 1132, i. e. centum paginis Teubnerianis continentur 142, 6 optativi, quo numero cum tabula, quam apud Kapffium [3]) invenimus, collato, ut veteres scriptores aequaret, Dioni iam multo magis contigisse quam Dionysio, qui 58, 5 optativos in hoc spatio (cf. Schroefelium l. c. p. 4) praebet, satis intellegitur.

Exstant optativi inter genera verbi et tempora distributi hi:
811 opt. act. iique 441 praes., 161 aor. I, 209 aor. II
252 opt. med: 138 praes., 8 fut., 27 aor. I, 78 aor. II
69 opt. pass: 33 praes., 28 aor. I, 5 aor. II, 3 perf.

[1]) Der Attizismus in seinen Hauptvertretern von Dionysius v. Halicarnass bis auf den zweiten Philostratus. Stuttgart 1896.

[2]) Unam orationem XXXVII, quam a Dione non scriptam esse ab omnibus conceditur, infra seorsum tractavi.

[3]) R. Kapff, Der Gebrauch des Optativ bei Diodorus Siculus. Tübingen 1903 p. 2.

I. De optativorum usu universo.

1. Exstant optativi 1132, qui a 211 tantum stirpibus atque his apud Atticos scriptores maximam partem usitatissimis formati sunt. Praebent, ut maxime conspicua afferam exempla, *εἶναι* verbum optativos 133, *λέγω* (*εἶπον*) 100, *ἔχω* 60, *γίγνομαι* 53, *δύναμαι* 34, *ἐθέλω* 28, *φημί* 35, *εὑρίσκω* 24, *τυγχάνω* 22, *ἔρχομαι* 22, *δέω* 21, *ὁράω* (*εἶδον*) 21, *λαμβάνω* 16.

2. E verbis contractis, quorum tempore linguae hellenisticae exeuntis modo fere verba in -*εω* cadentia in usu erant, praebent verba in -*εω* exeuntia hos 67 optativos, quorum *δέω* verbi sunt 19:

act:

καλοῖς: II 278, 21 [1])
σκοποῖ: 6, 9
ἐπιθυμοῖ: 57, 20* [2])
ἀμελοῖ: 305, 26 II 92, 16*
ἐπιχειροῖ: 305, 31*
ὁμολογοῖ: II 228, 3
αἱροῖ: II 129, 21
φθονοῖ: II 212, 8 II 215, 12 II 217, 25
ἀποχωροῖ: II 259, 17*
ἀναχωροῖ: II 170, 26* [3])
μισοῖ: II 209, 15
νοσοῖ: II 210, 2*
ποιοῖ: II 296, 23
ἐνοικοδομοῖ: II 297, 32*
ἀγνοοίη: 5, 29
ἐπαινοίη: 104, 17
ζητοίη: 218, 12
μνοίη: 163, 22*
δοκοίη: II 82, 14
δέοι: 20, 10 70, 10 95, 6 168, 21 180, 10, 28 224, 6 252, 20 270, 7 281, 17 288, 12* 308, 18 II 219, 11 251, 4 257, 5 263, 13
διαχέοι: 85, 19
πλέοι: II 200, 10
ἀποτελοῖμεν: 213, 21
φθονοῖμεν: II 134, 6*
ἀπαιτοῖτε: 178, 8
καλοῖτε: 227, 9
ζητοῖεν: 132, 8 320, 14
ὁμολογοῖεν: II 11, 3
κροτοῖεν: II 212, 15
ἐπαινοῖεν: II 213, 22
ἀποκαλοῖεν: II 262, 26
φιλοῖεν: II 301, 6

---

[1]) Usus sum editione Arnimii, Berolini 1893, et significat, ut exemplum afferam, 20, 9 vel II 20, 9 voluminis primi vel secundi lineam nonam paginae vicesimae.

[2]) Optativi in codicibus corrupti asterisco insigniti sunt, quos in ea parte, in qua de optativi syntaxi egi, tractavi.

[3]) Praebent hoc loco UB *ἀναχωροῖ*, M *ἀναχώροι*, P *ἀναχωρίη*; quid equidem de hac forma iudicem, videas p. 8.

med:	δέοιτο: 168, 29
ἡγοῖτο: 228, 24, II 140, 25 II 215, 11 II 217, 26	προσδέοιτο: II 67, 12
παραμυθοῖτο: 254, 2	ἡγοῖσθε: 282, 4
προθυμοῖτο: II 104, 9	φοβοῖντο: 27, 16
λυποῖτο: II 170, 20	προσδέοιντο: 207, 3
ἐπιμελοῖτο: II 173, 16	pass:
ἐφικνοῖτο: II 253, 2	ἐπαινοῖτο: 102, 5
	ἐνοχλοῖτο: II 262, 15.

Optativorum verborum in -αω cadentium collegi hasce 8 formas:

act:	καταγελῷεν: II 184, 14
ὁρῴης: II 177, 21	med:
ὁρῴη: II 98, 7 II 178, 18	χρῷτο: 299, 18
διψῷεν: 86, 14	αἰτιῷτο: II 287, 30.
ἐρωτῷεν: II 118, 10	

Verborum contractorum in -οω exeuntium una optativi forma nobis occurrit: 213, 5 *οὐδὲ τοιοῦτον οὐδένα ἀξιοῖμεν ἂν ἐκείνων γίγνεσθαι, παραχωρεῖν δὲ ἑτέροις.* Sic scribit contra codices, qui habent *ἀξιοῦμεν*, H. de Arnim Reiskium secutus. Foerster mea sententia melius *οὐδέν' ⟨ἂν⟩ ἀξιοῖμεν* legendum esse censet.

Ita etiam apud Dionem formas verborum in εω exeuntium longe praevalere videmus. Quem in verborum contractorum usu Dio inter alios scriptores tenuerit locum, ex his numeris perspicies:

Habent optativos praesentis activi verborum contractorum

Diodorus	3	inter	254	optativos	(1 : 85)
Dionysius	23	„	1292	„	(1 : 56, 2)
Philodemus	13	„	326	„	(1 : 25)
Dio	59[1]	„	1133	„	(1 : 19, 5)

Qua ex tabula via, quam Dionysium petentem videmus, Dionem iam multum progressum esse facile intellegitur.

3. Verborum in -μι cadentium, quae in *Κοινῇ* paulatim aut emortua esse aut in verba in -ω transisse constat (Dieterich,

[1]) Ego ut Schröfelius hac in comparatione *δέω* verbi formas non respexi.

Untersuchungen zur Geschichte der griechischen Sprache von der hellenistischen Zeit bis zum 10. Jhrh. n. Chr. Byzantinisches Archiv Heft 1, Lpz. 1898, p. 216 sqq.) 13 stirpium inveniuntur optativi 212 [1]), ergo verborum in -*μι* et verborum in -*ω* ratio est 1 : 5, 39, qua proportione Dionem eodem modo quo Dionysium (1 : 5, 6) haec verba videmus adhibuisse.

4. Optativi praesentis longe aliter atque in *Κοινῇ* (Thumb, Die griechische Sprache im Zeitalter des Hellenismus, Strassburg 1901, p. 249) quin etiam apud Dionysium (opt. praes.: opt. aor. = 1 : 1, 77) inveniuntur plurimi. In Dionis orationibus optativorum praesentis et optativorum aoristi proportio, ut numeris utar, est 1 : 0, 82; eadem fere proportio apud Philodemum (1 : 0, 87) atque Strabonem (1 : 0, 5) reperitur, quorum hunc consilio numerum optativorum praesentis auxisse constat. Videmus igitur Dionem etiam hac in re multo magis quam Dionysium rationem Atticorum scriptorum, a quorum aetate usus optativi praesentis magis magisque imminui coeptus erat, secutum esse.

Optativi aoristi II apud Dionem eodem modo quo apud Dionysium plures quam optativi aoristi I nobis occurrunt, atque ita, ut praecipue a perpaucis stirpibus plurimi optativi formati sint; sic praebent exempli causa *εἶπον* aoristus formas 52, *εὗρον* 24, *εἶδον* 20, *εἷλον* 20, *ἔλαβον* 14, *ἐγενόμην* 42.

Reperiuntur optativi aoristi I 161, aoristi II 209 (1 : 1, 30).

Optativi futuri usus et in Dionis orationibus et apud Dionysium ad *Κοινῆς* scriptorum usum, apud quos paulatim evanuit, optime quadrat. Ut apud illum scriptorem ita apud Dionem optativi futuri activi exemplum non exstat. Semel tantum (295, 19) codices praeter H, quo in libro *ἥξει* lectio ex *ἥξοι* correcta est, optativum futuri praebent; hoc autem loco quin indicativus ponendus sit, non erit dubium consideranti hoc unum optativi futuri activi exemplum exstare atque Dionem, ut infra demonstrabitur, saepe in oratione obliqua post praeteritum tempus indicativum pro optativo retinuisse.

Etiam futuri medii optativos Dionem vitare studuisse eo

[1]) 168 optativi praesentis, 7 futuri, 17 aoristi I, 20 aoristi II, iique verborum *εἰμί* optativi 126, *φημί* 31, *εἶμι* 6, *οἶδα* 5.

ostenditur, quod octo exempla nobis occurrunt, e quibus quinque *εἶναι* verbi formae sunt [1]).

Neque aliud est dicendum de optativo perfecti activi, qui *οἶδα* verbi forma excepta [2]) sine verbo auxiliari formatus ut apud Dionysium omnino non apparet. Quater nobis occurrit ita ut optativus circumscribatur participio perfecti cum optativo *εἶναι* verbi coniuncto.

Exempla sunt:

ἑορακὼς εἴην: 127, 2
πεποιηκὼς εἴην: 220, 6
νενικηκὼς εἴη: 228, 12
εἰρηκὼς εἴη: II 6, 16.

Praeterea optativus perfecti medii semel nobis occurrit:

ἠσθημμένοι εἴητε: II 6, 3

passivi ter:

δεδομένον εἴη: 12, 29
πεποιημένα εἴη: II 224, 24
ἀπηλλαγμένοι εἶεν: 223, 10

5. Optativi activi reperiuntur 811, medii 252 (3, 22 : 1). Hos numeros velim conferas cum aliis scriptoribus. Ratio, quae intercedit inter opt. act. et med. est

apud Philodemum 2, 55 : 1
Dionysium 2, 2 : 1 (scr. rhet. 3 : 1; Antiqu. 1, 93 : 1)
Diodorum 2 : 1.

Est igitur statuendum in hac re Dionem eodem modo quo Dionysium in rhetoricis sermonem scriptorum Atticorum sequendum sibi non proposuisse.

Passivum multo rarius quam activum et medium adhibitum est. 69 huius verbi generis optativos inveni.

II. De singulis optativorum formis.

1. Ut iam apud veteres scriptores in optativorum formis in *-οῖμι* (*-οῖς* etc.) et *οίην* (*-οίης* etc.) desinentibus usurpandis nulla lex erat (cf. Kuehnerum § 214, 2 a et Schmidium

[1]) Cum his paucis optativis futuri congruit, quod Dio etiam futurum III, quod illi *Ἀττικισταί* futuro I passivi praeferebant, raro adhibuit.

[2]) Quinquies exstat:

εἰδείην: 36, 13
εἰδείης: 233, 11
εἰδείη: 231, 15*
εἰδείητε: II 152, 19*
εἰδεῖεν: II 257, 22.

l. c. IV p. 588), ita et apud Dionysium et apud Dionem optativorum verborum contractorum exitus fluctuant. *δέω*, *πλέω*, *χέω* verbis exceptis exeunt

2. pers. sing. semel in *-οῖς*: II 278, 21
semel in *-ῴης*: II 177, 21

3. pers. sing. 16 ies in *-οῖ*: 6, 9 57, 20 305, 26, 31 II 92, 16 129, 21 170, 26 209, 15 210, 2 212, 8 215, 12 217, 25 228, 3 259, 17 296, 23 297, 32
5 ies in *-οίη*:
5, 29 104, 17 163, 22 218, 12 II 82, 14
bis in *-ῴη*:
II 98, 7 II 178, 18

personae pluralis semper in *-οῖμεν -οῖτε -οῖεν* (*ῷεν*) desinunt.

Hos verborum contractorum exitus inter se variantes Dio num clausulae gratia adhibuerit necne, nunc est inquirendum. Dionem in universum aliter atque plurimos illorum *Ἀττικιστῶν*, qui dicuntur, veteres auctores imitantem magis materiam ipsam quam sermonis formam respexisse itaque instar Asianorum artificioso tantum genere dicendi animos movere repudiavisse satis iam ostenderunt Schmidius l. c. I 72 sqq. et Nordenus compluribus locis operis, quod inscribitur „Die antike Kunstprosa“, Lps. et Berol. 1909, et E. Wenkebach, Zu Text und Stil der Schriften Dions v. Prusa, Hermes 43 (1908) p. 77 sqq. Atqui eum clausularum regulis subiectum esse, quicumque unam eius orationem legerit, non negabit. Optativorum quoque exitus clausularum ratione tangi ex his, quae sequuntur, apparere mihi videtur.

1. II 278, 21 . . . *Λακεδαιμονίων δαίμονα καλοῖς* (*ἐκείνου γὰρ κελεύσαντος* . . . De clausula non agitur, forma *καλοίης* eodem modo adhiberi potuit.

2. Tertiae personae singularis 5 formae secundum omnium codicum consensum in *-οίη* cadunt:

5, 29 *εἰ ποιμὴν τοὺς συμφυλάττοντας αὐτῷ* ⟨*κύνας*⟩ *ἀγνοοίη καὶ μήτε τροφὴν αὐτοῖς ὀρέγοι* . . .

104, 17 *φροντίζων, εἴτε ἐπαινοίη τις αὐτὸν εἴτε καὶ ψέγοι τῶν παρόντων, οὐδὲ* . . .

218, 12 *ἡδονῆς ταύτης ζητοίη ἑτέραν μείζω καὶ παρανομωτέραν ὕβριν*;

163, 22 ἢ βάρβαρον μνοίη παραδοὺς εἰς μυστικόν τινα οἶκον . . .
II 82, 14 πράττων ὅτιδοκοίη τοῖς πολίταις καὶ τοῖς νόμοις, . . .
Ne his quidem locis de clausulis agi atque formas in -οῖ exeuntes eodem modo adhiberi potuisse nemo negabit.

3. 16ies formae tertiae personis singularis in -οῖ exeunt.

a) Hisce tribus locis, cum de clausula non agatur, formae in -οίη exeuntes eodem modo adhiberi potuerunt:

II 210, 2 εἰ δὲ δὴ σὺν αὐτῷ καὶ τὰ παιδία νοσοῖ καὶ ἡ γυνὴ καὶ οἱ φίλοι πάντες ἐπισφαλῶς, . . .
II 215, 12 διὰ δὲ τοῦτο ἐκείνοις φθονοῖ καὶ ἐπιβουλεύοι πάντα τρόπον . . .
II 217, 25 οὐδ᾽ ἂν φθονοῖ τοῖς μεταβαλλομένοις . . .

b) Bis formis in -οίη cadentibus clausulae causa Dio eodem modo uti potuit:

57, 20 . . . ὅποι βούλοιτο καὶ τυγχάνειν | ὧν ἐπιθυμοῖ. — ⏑ ⏑ — ⏓ (ὧν ἐπιθυμοίη — ⏑ ⏑ — — ⏓)
II 297, 32 . . . ἑτέρας βραχυτέ|ρας ἐνοικοδομοῖ· — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏓ (ἐν|οικοδομοίη — ⏑ ⏑ — ⏓).

c) Semel altera forma in -οίη desinens ad clausulam formandam aptior fuit:

II 296, 23 . . . ἤδη διὰ | τὸν θάνατον ταῦτα ποιοῖ· — ⏑ ⏑ — — ⏑ — ⏓ (ταῦτα ποιοίη — ⏑ — — ⏓); nam clausula formae — ⏑ — — ⏓ apud Dionem multo saepius quam formae — ⏑ ⏑ — — ⏑ — ⏓ nobis occurit.

d) Reliquis decem locis formae in -οῖ exeuntes ad clausulam formandam partim neccessariae partim aptiores sunt quam in -οίη desinentes:

I 6, 9 ἀτιμάζοι τε καὶ | μὴ σκοποῖ τοῦτο, — ⏑ — — ⏑
I 305, 26 κινδυνεύον|τας ἀμελοῖ τῆς σωτηρίας. ⏑́ ⏑ ⏑ — — — — ⏑ —
I 305, 31 ὡς ἔτυχε κρού|οντα ἐπίχειροῖ λέγειν — ⏑ ⏑ — — ⏑ —
II 92, 16 ὁ δὲ | τούτου μὲν ἀμελοῖ, — — ⏑́ ⏑ ⏑ —
II 129, 21 τρέχων τις | αἱροῖ ἂν θᾶττον ἢ πετόμενος; — ⏑ — — ⏑ — ⏑́ ⏑ ⏑ —

II 170. 26 *ἀκαθαρτοτέρους αὐτοὺς γενέσθαι καὶ ἀνεχοίμην.* ⏑ — — ⏓ ; sic cum Arnimio lego *ἀνεχοιμοῖ* UB. *ἀνεχείμοι* M. *ἀνεχοίμη* P)
II 209. 15 *. Οὐκ ἂν ἴσως τοτὲ μισοῖ.* — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏓
II 212. 8 *τυχὸν ἐρίζοι ἂν καὶ φθονοῖ.* — ⏑ — — ⏑ ⏓
II 228. 3 *οὐκ ἂν οἶμαι ὁμολογοῖ.* — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ ⏓
II 259. 17 *καὶ ῥᾳθυμοῦντα. ἐπὶ φορᾶς ἀποχωροῖ τι.* — ⏑ ⏑ — — ⏑

Ex omnibus, quae his de formis disserui, certam regulam statui non posse concedes. Sed Dionem, ut iam veteres scriptores, formas in *-οίην* (*οίης* etc.) et *-οῖμι* (*οῖς* etc.) cadentes in universum quidem arbitrio adhibuisse, sed clausulae gratia Atticas formas in *-οίην* (*οίης* etc.) exeuntes videmus repressisse.

2. Optativi aoristi I activi, cuius de formis conferas Kuehnerum § 214, 3 et Schmidium l. c. IV 588 β, exit in Dionis orationibus aliter atque apud Atticos scriptores, qui formas in *-ειας* (*-ειε* etc.) praeferunt.

2. pers. sing. ter in *αις*:

64. 13 *καὶ τυχὸν ἂν πλήξαις τε καὶ ἐκβάλοις αὐτόν.* — ⏑ — — ⏑ — — ⏑
112. 11 *καὶ ὃ μᾶλλον θαυμάσαις ἄν.* — ⏑ — — — ⏑ — ⏑
II 233. 21 *ἐὰν κελεύσῃ σέ τις, ἀμύναις, ὡς ἔοικεν.*

bis in *-ειας*:

II 138. 24 *εἴγε καὶ τἆλλα ἀκούσειας.* — ⏑ — — ⏓
II 255. 5 *εἰ γοῦν ἐθελήσειας αὐτοῦ τῇ περὶ τὴν λέξιν.*

Bis optativi in *-αις* exeuntes (64, 13 112, 11) et semel forma in *-ειας* desinens (II 138, 24) clausulae causa adhibita sunt; bis (II 233, 21 II 255, 5) formarum exitus sine ulla certa causa inter se variant.

Certa ergo regula ne hic quidem statui potest, sed Dionem arbitrio inter formas in *-αις* (*-αι* etc.) et *-ειας* (*-ειε* etc.) fluctuare apparet.

3. pers. sing. cadit 40ies in *-ειε*: (semper ante consonantem)

6, 1, 27 15, 26 16, 17* 21, 9 44, 16 45, 19 46, 3 50, 10 75, 25 76, 19 94, 5 102, 3 112, 24 [1]) 169, 21* 199, 19 231, 16 241, 32 254, 25 261, 3 269, 29 295, 14* 296, 4 313, 5 337, 1

[1]) Hoc loco scribit Arnimius cum parte codicum *ἀπολέσειεν καὶ* . . . Sed sine

II 50, 1, 6 58, 29 75, 21 89, 2 102, 31 120, 4 169, 3 173, 18* 205, 15 228, 3 249, 22 252, 11 256, 15 288, 5

62ies in -ειεν:

45, 13 46, 22 50, 10 52, 20 112, 22 119, 18 126, 3 173, 5, 13 183, 23 199, 30 221, 9 226, 31 227, 10 230, 21 234, 8, 15 236, 3 238, 24 243, 11 244, 19, 25 253, 3 262, 16 274, 8 275, 13, 20 296, 2 307, 12 308, 9 310, 9*, 13 320, 4

II 31, 24 33, 6, 7 103, 4 161, 9, 22 162, 14, 18, 21 164, 19 194, 8 200, 20 201, 29 202, 24 206, 20 212, 1 215, 28 216, 1, 20 249, 31 259, 6*, 12 265, 2, 3 268, 10, 19 269, 24 290, 14 300, 14*, 15.

Hae formae semper aut ante vocalem aut ante gravem interpunctionem inveniuntur.

22ies in -αι:

51, 14 164, 17 216, 2 225, 20 228, 7 265, 17 309, 9

II 6, 20 67, 5 105, 27 112, 6 130, 16 141, 23 147, 21 165, 6 178, 18 191, 20 208, 16 213, 1 264, 11*, 25 304, 5.

Hi optativi 7ies ante vocalem et 15ies ante consonantem adhibiti sunt.

Certa ergo regula ne hic quidem statui potest; sed fere Dionem his formis ante consonantem usum esse et numeris supra allatis et inde cognoscitur, quod videmus inter septem illa exempla, quae post -αι vocalem praebent, quater ἂν particulam sequi, quae vox cum optativo antecedente quasi unum vocabulum habetur.

Quae adhuc de tertia persona singularis aoristi I activi invenimus, ut melius perspicias, haec velim consideres.

Exit illa forma

apud	Diodorum	29ies	in -αι,	22ies	in ειε(ν)		(1 : 0, 75)
	Philodemum	11ies	„ „	34ies	„ „		(1 : 3)
	Dionem	22ies	„ „	102ies	„ „		(1 : 4, 63)
	Dionysium	quater	„ „	143ies	„ „		(1 : 36).

ullo dubio hic quoque secundum regulam cum BPY codicibus ἀπολέσειε καὶ . . . scribendum est. Eodem modo etiam ceteris locis, quibus interdum nonnulli codices hanc regulam violant atque inter formas in -ειε et -ειεν fluctuant — omnia eiusmodi exempla enumerare necesse non esse arbitror —, ante vocalem formae in -ειεν et ante consonantem formae in -ειε cadentes ponendae sunt.

His numeris Dionem *Κοινῆς* scriptores sequi minimeque sermonem suum secundum veterum scriptorum usum conformare studuisse satis ostenditur.

Formas illas in *-αι* cadentes Dio num clausulas respiciens contra Atticam regulam adhibuerit, iam est inquirendum. Quid autem invenimus? Hisce sex tantum locis quin optativus huius neque alterius formae ad clausulam formandam adhiberetur, fieri non potuit:

II 147, 21 *περιποιεῖν. εἰ δὲ λύσαι, δυναμένης·* — — ⏑́ ⏑ ⏑ —
II 165, 6 *ὅστις οὐκ ἂν ἰσχύσαι ῥῆμα εἰπεῖν.* — — — —
II 191, 20 *πολλῶν ἂν ἴσως μοι δεήσαι πάνυ ἡμερῶν.* — ⏑ ⏑ — ⏑ —
II 213, 1 *κύκνοι . . . συμφθεγγομένων φροντίσαι ἂν οὐδέν,* — ⏑ — — ⏑
II 264, 11 *πόθεν ἂν αὐτῷ τοιοῦτος ὑπάρξαι γάμος·* — ⏑ ⏑ — — ⏑ —
II 304, 5 *καὶ ὡς ἂν εἰκάσαι τις ὀρῶν χαλκοῦν.* — ⏑ ⏑ — — —.

Ceteris locis, quibus de clausula non agitur, Dio eodem modo formis in *-ειε(ν)* exeuntibus uti potuit. Iam sequuntur exempla:

51, 14 *οὐκ ἂν τις ἀκούσαι ἢ τῶν σφόδρα ἐγγύθεν.*
164, 17 *τὸ τοιοῦτον γιγνόμενον θαυμάσαι τις ἂν πολύ . . .*
216, 2 *ὃν οὐκ ἂν ἔτι τολμήσαι διὰ φόβον ὑπερβαίνειν·*
225, 20 *οἷον εἴ τις μίαν λύσαι τῶν τιμωριῶν . . .*
228, 7 *ἐξ ὧν ἄν τις ἀρέσαι τινα . . .*
265, 17 *οἷς ἂν καὶ παραινέσαι τις καὶ περὶ ὧν . . .*
309, 9 *θαυμάσαι δ' ἄν τις τὴν αἰτίαν . . .*
II 6, 20 *ἴσως οὖν ζητήσαι ἄν τις, εἰ ἐπειδὰν . . .*
II 67, 5 *οὐκ ἂν οὕτως τοῦτο εὐφράναι τὴν ἐμὴν διάνοιαν.*
II 105, 27 *ὥστε τυχὸν ἄν τις ἐγκαλέσαι τῶν οὐ φιλούντων . . .*
II 112, 6 *τὸν βίον ἐπαινέσαι τις ἂν τοῦ ἀνδρὸς . . .*
II 130, 16 *οὐδὲ ἀποκτείνας σκυλεύσαι ἂν οὐδὲ . . .*
II 141, 23 *ὅπως μὴ παροξύναι τὸν Ἀγαμέμνονα . . .,*
II 178, 18 *αὐτοῦ κιθαρίζοντος μηδεὶς πώποτε ἀκούσαι, ἀλλὰ μηδὲ . . .*
II 208, 16 *φησίν, ὅτι βοῦν μὲν ἀπολέσαι ἂν γείτων . . .*
II 264, 25 *πῶς ἂν οὖν ἐκείνην πείσαι χαρίσασθαι . . .*

Ita Dionem in his optativis formandis Atticam normam, id quod saepius iam vidimus, sine ulla certa causa dereliquisse apparet.

Longe aliter 3. pers. plur., quae semel in *-αιεν*: 246, 20 *οὐδ᾽ ἂν αὐτοὶ φήσαιεν ὀλίγον αὐτῶν ἐλάττους ὑπάρχειν* . . . (clausula non exstat) et 6ies in *-ειαν* cadit: 56, 4 128, 23* 144, 16 II 106, 11 II 187, 11 optime ad Atticorum sermonem quadrat.

Idem dicendum est de 2. et 3. pers. plur. aoristi I passivi, quarum exitus *-είητε* (183, 4 254, 18) et *-εῖεν* (75, 14 246, 21* II 36, 13 II 231, 28) ex Atticorum sermone sumpti sunt (cf. Kuehnerum § 214, 1).

3. De formis optativi aoristi II hoc est dicendum: verborum *δίδωμι*, *γιγνώσκω*, *ἁλίσκομαι* hi 17 optativi exstant:

196, 10 *δῴην* sic BM; *δοίην* a correctore in U (fuit *δῴην*)
58, 27 *μεταδῴης* sic codd.; mutavit Dindorfius in *μεταδοίης*, eumque secutus est Arnimius
245, 24 *δῴη* sic libri; Arnimius *δοίη*
II 50, 1 „ „ „ ; mutaverunt Dindorfius et Arnimius
II 193, 4 „ *δοίη* P, *δῴη* H, *δώῃ* U, *δῷ* BM
II 264, 21 „ sic BM, idem fuit in U, ceteri *δοίη*
313, 23 *ἐνδῴη* sic libri, Arnimius *ἐνδοίη*
II 200, 22 *ἐπιγνοίης*
221, 10 *γνοίη*; *γνώη* M; *γνώῃ* U
II 130, 12 „ ; verba *γνοίη δ᾽ ἄν τις τὴν* om. U
II 170, 2 „
287, 11 *γνῴη*, Arnimius *γνοίη* contra codices
II 170, 1 „ , *γνώῃ* U m. pr. BM, *γνοίης* H
II 36, 10 *συγγνοίη* sic correxit Reiskius, codices *συγγνώμῃ τις*
II 208, 16 „ , *συγγνώη* UB
II 211, 5 *γνῷεν*; Dindorfius, quem secutus est Arnimius, legit *γνοῖεν* contra codices
193, 3 *ἀλῴη*, Arnimius contra codices *ἀλοίη*.

Hac enumeratione formas in *-οίη* desinentes ter ab omnibus codicibus tradi videmus; 6ies codices inter *-οίη* et *-ῴη* fluctuant, sed ita ut optativi in *-ώη* exeuntes a pluribus et melioribus praebeantur, 7ies formae in *-ώη* desinentes in omnibus

codicibus exstant. Semel *συγγνώμη* in codicibus invenimus, quod Reiskius in *συγγνοίη* correxit. Postquam iam supra Dionem exitus personarum praesentis et aoristi activi non stricte secundum Atticorum regulam formare vidimus, hic quoque, ut formae in *-οίη* et *-ῴη* fluctuent, fieri potest, neque facio cum Arnimio, qui semper formas in *-οίη* cadentes posuit.

Praeterea aoristi II formae nullam praebent difficultatem; exeunt enim

3. pers. plur. 17ies in *-οιεν* (semel *-ειεν* : *ξυνεῖεν*)
1. „ „ ter „ *-οιμεν*
2. „ „ quater „ *-οιτε* (semel in *-αιητε* [*ἱσταίητε*] qui exitus in verbis in *-μι* cadentibus Attica regula poscitur. Kuehner § 214, 1).

Optativorum aoristi II medii formae *πρόσοιτο*: 231, 25 et *πρόοιτο*: II 217, 23, quae ortae sunt per analogiam verborum in *-ω* exeuntium (Kuehner § 282 adnot. 5), mentione dignae sunt. Etiam apud Dionysium duae tales formae inveniuntur: *προσθοῖτο* et *ἐπίθοιτο*. Quamquam *Ἀττικισταί*, qui dicuntur, diligentissime Atticorum sermoni studebant, tamen nonnumquam eos in *Κοινῆς* sermonem recidisse his formis demonstratur; nam eiusmodi formae apud Polybium, Philonem, Diodorum (novies) nobis occurrunt.

Haec habui, quae de optativorum formis disputarem.

Hinc magnam partem praecipue in verbis contractis et optativis praesentis adhibendis Dioni melius quam Dionysio, ut Atticos scriptores aequaret, contigisse concedendum est, illinc autem consideranti, quae de futuri et perfecti et de medii usu atque imprimis de optativi formarum exitu disserui, eum his in rebus *Κοινῆς* scriptores plane sequi persuasum erit.

Iam transeamus ad optativi syntaxin.

De optativi syntaxi.

I. De optativo optantis.

Optativus, quo aliquid optari exprimitur, apud Dionem legitur

1. in enuntiatis primariis

a) praesentis

199, 25 μὴ γὰρ εἴη ποτέ, ὦ Ζεῦ, λαβεῖν
302, 15 ἀλλά μοι, φησίν, εἴη ῥαιβός,
II 89, 13 ἀλλ' εἰς ἐχθρῶν, φασί, κεφαλὰς τὰ τοιαῦτα τρέποιτο,
II 132, 26 εἴη δὲ[1]) καὶ νῦν ἐν καιρῷ ἀφῖχθαι
II 135, 12 οὕτω δὴ λέγοις.

b) aoristi

200, 2 μηδεὶς περιπέσοι τοιούτῳ πράγματι
II 64, 19 Ἀλλά τοι Δαμάτηρ, ἔφη, κεχολωμένα γένοιτο
II 89, 11 μὴ γὰρ ἴδοιμι τὴν ἡμέραν ἐκείνην

2. semel in enuntiato relativo

aoristi

89, 2 ἐὰν διενεχθῆτε πρός τινα πόλιν, ὃ μηδεὶς ποιήσειε θεῶν.

Horum 10 optativorum 6 affirmativum, 4 negativum sensum habent. Negatio est secundum regulam μή. Particulis optativi non inducuntur.

Huius optativi apud Κοινῆς scriptores et Dionysium usum spectantes invenimus Dionem hunc modum apud illos paene exoletum rarius quam Dionysium, apud quem 19ies exstat, adhibuisse.

Hoc ab optativi genere secernendi sunt 16 illi loci, quibus legimus εἶεν, quae vox, cum ad aliam rem deflectitur, adhibita est et sensum concessivum habet.

Exempla sunt: 70, 17 72, 15 208, 22 218, 6 249, 23 310, 16 II 116, 8 141, 30 178, 6 209, 16 211, 15 212, 7 238, 21 249, 16 250, 3 267, 10.

[1]) εἰ δὲ . . . codd., correxit in εἴη δὲ . . . Casaubonus.

II. De optativo potentiali.

Optativus potentialis, quo iudicium modestius profertur aut aliquid fieri posse significatur, hisce locis nobis occurrit:

1. in enuntiato pronuntiativo 312ies

a) praesentis activi

19, 15 20, 10 22, 2, 5 24, 3 30, 22 31, 12 37, 16 38, 15 46. 2 50. 30 59, 17 76, 13, 25 80, 1 *λοιπὸν δ' ἂν εἴη*[1]) *αὐτὸν τὸν νόμον λέγειν* 113. 10 163, 10 166, 14 *οὐκ ἂν ἔχοιμι*[2]) *διατεινόμενος εἰπεῖν ἐν τῷ παρόντι.* 168, 21 172, 11 178, 8 189, 23 208, 23 213, 5 *οὐδὲ τοιοῦτον οὐδένα ἀξιοῖμεν ἂν ἐκείνῳ γίγνεσθαι. παραχωρεῖν δὲ ἑτέροις* (de hoc loco velim conferas, quae disserui p. 3) 216. 12 *τάχ' οὖν λέγοι τις ἂν*[3]) *ἀγροικότερον οὕτω πως* 220, 24 236, 19 240, 12 241, 20 256, 1 259, 21 260, 13 262, 17 275. 5 *καὶ μὴν οὐδὲν ⟨ἂν⟩ ἔχοιτε*[4]) *θέαμα κάλλιον* (*ἂν* particula quo loco hic alibique, ubi in codicibus deest, inserenda sit, videas p. 21 sq.) 304, 23 308, 7 326, 15.

II 5, 6 9, 6, 16 52, 29 58, 26 61, 11 80, 15 *ταῦτα μὲν οὖν οὔτε καλῶς οὔτε συμφερόντως αὐτοῖς πράττοιτε ἄν*[5]). 84, 25 *ἴσως δ' ἂν ὅμοιος εἴην*[6]) *τοῖς τέττιξι* 94, 4 104, 12 106, 1 121, 12 157, 1 169, 22 170, 18, 27 171, 2 173, 6 183, 17 206, 5 207, 12 209, 3, 15 212, 8 *περὶ δὲ δόξης τυχὸν ἐρίζοι ἂν*[7]) *καὶ φθονοῖ* 215, 7 *ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἡδονάς τινας σίτων . . . τεθαυμακὼς . . . εὐδαιμονίζοι ⟨ἂν⟩*[8]) *τοὺς τυγχάνοντας αὐτῶν.* 217, 25 224, 9 226. 11 228, 9 230. 9 231, 2 234. 10 252. 25 253, 10 254, 15, 24 259, 19 263. 13 273, 17 274. 6, 26 277, 26 279. 3. 26 280. 24 286, 13 288, 4, 10, 26 291, 4, 27 309, 12 (frgm.)

---

1) *ἤδη* pro *εἴη* Y.

2) *ἔχοι* P.

3) *ἂν* om. U m. pr.

4) „ add. Emperius, *ἔχοι τε* M, *ἔχειτε* T.

5) *πράττετε* codd., corr. Emperius.

6) *ἂν ὅμοιος ἂν εἴην* UT.

7) *ἐρίζοι ἂν* Emperius. *ἐρίζοιαν* M. *ἐρίζοι* (om. *ἂν*) UB.

8) *ἂν* add. Dindorfius.

b) praesentis medii

81, 20 177, 22 190, 29 205, 1 *ἐπεί τοι τὰ τοιαῦτα καὶ αἰσχύνοιντο ἄν*[1]. 206, 30 *οὐδὲ γὰρ τοιούτους ὑποδέχοιντ' ἄν*[2], *ὡς εἰκός, ξένους* 207, 1, 2 *οὔτ' ἂν οἶμαι δύναιντο*[3] *θεραπεύειν ἱκανῶς οὔτ' ἂν ἴσως προσδέοιντο* 221, 2 268, 10

II 16, 24 38, 27 48, 18 116, 4 170, 2, 20, 26, 27 *αἰσχύνοιτ' ἂν ὀφθῆναι . . . καὶ ἔνδον μένοι ἂν*[4] *ἐγκλεισάμενος* 171, 2 *περὶ δείλην ἀναλαμβάνοι ἂν αὐτὸν καὶ γαυρότερος φαίνοιτ' ἂν*[5] *ἀεὶ πρὸς ἑσπέραν.* 171, 6 173, 15, 20 211, 3 213, 3 217, 26 251, 27 253, 2 282, 19 300, 22

c) praesentis passivi

17, 10 163, 15 293, 19, 24
II 11, 2 259, 25 262, 15

d) aoristi activi

9, 16 21, 9 36, 25 40, 26 45, 13, 19 50, 10 51, 14 56, 23 59, 5 62, 10 64, 13 (bis) 66, 3 75, 25 79, 12 90, 14 108, 2 111, 25 153, 21 164, 17 173, 5 178, 16 *ἀνθρώπων μὲν οὖν ἔγωγε οὐδενὶ παραχωρήσαιμ ⟨ἂν⟩*[6] *κρείττονα ἐμοῦ ποτε γενέσθαι.* 184, 26 204, 24 220, 32 221, 10 223, 2 224, 1 227, 14 229, 12 *οὐδ' ἂν νῦν ὀκνήσαιμι*[7] *εἰπεῖν* 231, 16 *ἢ γυναῖκα μὲν οὐδεὶς ἂν ὑπομείνειε*[8] *χρηστὸς ὤν* 231, 17 234, 8 235, 19, 21 236, 6 237, 26 *οἷον οἱ τῶν δημοσίων τι καταλύοντες οἰκοδομημάτων . . . μᾶλλον ἂν δόξειαν*[9] *τὸν ποιήσαντα ἀδικεῖν ἢ τὴν πόλιν.* 238, 8, 24 239, 30 240, 26 243, 11 244, 30 245, 13 246, 20 255, 4 256, 6 262, 16 263, 19 265, 9, 19 (bis) 273, 24 292, 27 *οὐδὲ γὰρ πόλιν εἴποι τις ⟨ἂν⟩*[10] *ὀρθῶς τὴν ἐκ τοιούτων* 294, 3 295, 14, 15 304, 12 308, 9 309, 9 310, 13 313, 4 320, 4 *ταὐτὰ δ'*

---

1) *αἰσχύνοντο* P.
2) *ὑποδέχοιτ' ἄν* U m. pr. (*-οιντ'* corrector) *ὑποδέχοιτο ἄν* BU.
3) *δύναιτο* U m. pr. BM (in H quoque *ν* a correctore).
4) *ἂν* om. UB.
5) *φαίνοιτο καὶ ἀεὶ* UBM.
6) *ἂν* add. Pflugkius.
7) *εἶπον — ὀκνήσαιμι* om. M, *νῦν οὐ γνήσαιμι* 1 v.
8) *ὑπομένειε* B v.
9) *δόξειε* BE, *δείξαιεν* M v, corr. Dindorfius.
10) *ἂν* add. Pflugkius.

⟨ἂν⟩[1]) ὑμᾶς ὡς ἀληθῆ βλάψειεν. 320, 22 οὐδὲ γὰρ ὑγιαίνειν ἀσφαλῶς εἴποι τις ⟨ἂν⟩[2]) τὸν πρὸ μικροῦ πυρέττοντα. 324, 1 327, 4 333, 13, 14

II 6, 20 31, 24 33, 13 καὶ ταῦτα οὐδεὶς ⟨ἂν⟩[3]) ἀντείποι 40, 11 50, 6 51, 13 58, 8, 29 77, 2 95, 5 99, 16, 27 105, 27 112, 6 116, 9 130, 16 147, 18, 21 148, 24 (frgm.) 158, 19 161, 9 161, 22, 24 162, 14, 18 163, 10 170, 2 172, 19 175, 14 180, 21 193, 4 200, 15, 20, 22 202, 16, 24 205, 15 ἔθος δὲ οὐκ ἂν οὐδεὶς ῥᾳδίως δείξειε[4]) λελυμένον 206, 20 211, 2, 5 212, 1 213, 1 217, 23 220, 13 228, 8 229, 8 245, 11, 29 246, 6 252, 16 254, 5, 8 271, 8, 12 285, 10 287, 3, 23 288, 5, 23 289, 24 290, 18, 24 291, 7 291, 28 294, 25

e) aoristi medii

9, 18 42, 15 οὐ μὴν φανερώτερον οὐδὲ κάλλιον ἕτερον ⟨ἂν⟩[5]) γένοιτο τῆς τοῦ παντὸς ἡγεμονίας 47, 21 (bis) 61, 17 62, 20 (bis) 66, 22 74, 22 77, 27 118, 33 154, 1 221, 9, 18 231, 2, 11 εἰκῇ μηδὲ ἀνάξιόν τινα ἐγὼ διαβεβαιωσαίμην[6]) ἄν. 233, 20 244, 15 259, 3 259, 5, 25 281, 6 295, 12 307, 7 313, 6 ἀλλ᾽ ἔγωγε πυθοίμην ⟨ἂν⟩[7]) ἡδέως τῶν ἐμπείρων

II 84, 11 144, 23 168, 16 172, 16 174, 20 179, 3 180, 22 202, 26 206, 2 210, 20 217, 23 222, 3

f) aoristi passivi

19, 20 43, 20 ὡς ἥκιστα μὲν κυβερνήτης ⟨ἂν⟩[8]) ἀχθεσθείη τοῖς ἐν θαλάττῃ πόνοις 183, 4 191, 5 246, 21 οὐδ᾽ ἂν αὐτοὶ φήσαιεν . . . ἀλλὰ κἂν φοβηθεῖεν[9]) εἰπεῖν τι τοιοῦτον.

II 151, 13 194, 10 199, 23 231, 28 262, 23 οὐδὲν ἂν ὠφελη-

---

1) ταῦτα δ᾽ ὑμᾶς (om. ἂν) codd.; corr. Emperius.

2) ἂν add. Dindorfius.

3) „ „ Reiskius.

4) δείξειεν U m. pr., δείξει M.

5) ἂν add. post φανερώτερον Iacobsius, post ἕτερον H de Arnim.

6) διαβεβαιωσάμην M, διαβεβαιβεωσάμην v.

7) ἂν add. Dindorfius.

8) ἂν add. Iacobsius.

9) φοβηθεῖεν T, φοβηθείην ceteri.

θείη[1]) *οὐδ᾽ ὑπὸ τῆς πάσης ἡσυχίας* 310, 18 *Πονηρίαν . . . κωλῦσαι τάχα τις κολάζων ⟨ἂν⟩*[2]) *δυνηθείη*

g) perfecti medii

II 6, 3

h) perfecti passivi

223, 10

2. in interrogationibus directis, quarum sunt 79 interrogationes rhetoricae et 8 interrogationes verae, 87ies

a) praesentis activi

54, 12 60, 11 113, 7 186, 14 198, 23 218, 12 220, 6 236, 32 255, 15, 24 279, 31

II 101, 20 123, 2 129, 21 142, 15 152, 19 *πῶς οὖν οὐκ ἂν εἰδείητε*[3]) *τούτων ἁπάντων τῇ τύχῃ τὴν χάριν* 182, 19 209, 1 214, 12 224, 27 233, 16 *Ἦ καὶ ἔχοις*[4]) *ἂν ὀμόσας εἰπεῖν* 257, 22 *πῶς γὰρ ἂν εἰδεῖεν*[5]) *τὸ σαφὲς* 270, 18 276, 18.

b) praesentis medii

17, 12 37, 15 231, 13, 15 *ἢ πῶς οὐκ ἂν ὀργίζοιτο . . . μᾶλλον ἤπερ εἰδείη*[6]) *χάριν;* 267, 1 282, 4

II 67, 12 104, 9 170, 3 193, 4 282, 12, 21, 25, 27

c) praesentis passivi

70, 21

d) aoristi activi

2, 16 6, 27, 28 16, 7 *πόσον γὰρ ἄν τι καὶ βλάψειε*[7]) *λέων ἢ σῦς ἄγριος;* 32, 3 35, 2 45, 24 *τί γὰρ ⟨ἂν⟩*[8]) *ἄλλο τις εἴποι* 76, 19 112, 26 119, 18 199, 19, 30 230, 21 249, 26 259, 19 275, 20, 22 288, 4 288, 5 307, 12

II 76, 11 102, 31 103, 26 138, 2 162, 21 164, 19 169, 3 194, 8 265, 3 290, 14

---

1) *ὠφεληθείη οὐδ᾽ ὑπὸ* . . . Casaubonus, *ὠφεληθῇ οὐδ᾽ ὑπὸ* M.
" *οὐχ* " UB.

2) *ἂν* inseruit Arnimius.

3) *εἰδείη γε* P (idem corr. U).

4) *ἔχεις* B.

5) *ἂν* om. U.

6) *εἴδει ἢ* MIv.

7) *βλάψοι* PW.

8) *ἂν* add. Dindorfius.

e) aoristi medii

19, 11 112, 17 177, 15 218, 9 231, 25, 26 252, 25 310, 14 320, 20 335, 3 II 54, 7 133, 16

f) aoristi passivi

2, 15 221, 29 II 103, 4.

Optativus potentialis in enuntiatis secundariis invenitur

1. in enuntiatis pendentibus ex *ὡς* et *ὅτι* coniunctionibus

a) praesentis activi

158, 12 *εἰδὼς ὅτι οὐδὲν ἂν*[1]) *ἔχοιμι διδάσκειν* 196, 4 296, 5 II 170, 22 sq. *ἐπειδὰν ἴδῃ τὴν σκιὰν ἑωθινὴν . . . δῆλον ὅτι χαίροι ἂν . . . καὶ βαδίζοι*[2]) *ἂν* 201, 22 239, 25 (bis) 240, 32

b) praesentis passivi

II 210, 29 289, 17 293, 24

c) aoristi activi

102, 1 (bis) 231, 21 296, 6 II 249, 31

d) aoristi medii

230, 25 248, 5 250, 29 *εἴ τις ὑμῖν ἔλεγεν . . ., οὐκ ἔστιν, ὅπως οὐκ ⟨ἂν⟩ ἀνδράποδον ἡγήσαισθε*[3]) *εἶναι τὸν λέγοντα.*

2. in interrogationibus indirectis

a) praesentis activi

213, 11, 21 II 58, 24

b) praesentis medii

II 31, 31 277, 3

c) praesentis passivi

223, 9

d) aoristi activi

58, 27 228, 7 II 264, 11

e) aoristi medii

161, 14 213, 13 232, 18

f) aoristi passivi

331, 16.

---

1) *οὐδένα* (om. *ἂν*) codices, correxit Iacobsius.

2) *βαδίζοιεν* (om. *ἂν*) M; *ἂν* om. etiam UB.

3) *ἂν* addidit Emperius; *ἡγήσασθε* libri (om. T.) corr. Reiskius.

3. in enuntiatis relativis

a) praesentis activi

208, 11 II 136, 6 187, 27 201, 27 254, 15 274, 23

b) praesentis medii

207, 21 II 8, 4 200, 24 260, 8

c) praesentis passivi

II 15, 29

d) aoristi activi

52, 20 112, 11 *καὶ ὃ μᾶλλον θαυμάσαις*[1]) *ἄν*. 216, 2 230. 9 231, 9 232, 26 233, 3 254, 23 265, 17 275, 12 *οὐδείς ἐστιν ὃς οὐκ ἂν εἰσελθὼν καταπλαγείη*[2]) 310, 9

II 33, 6 36, 10 142, 22 144, 20 *ὃ νίκης μὲν οὐκ ἄν ποτε τύχοι*[3]) 148, 20 165, 6 187, 11 201. 31 *ἐν ὅσῳ πλεονάκις ἂν εἴποι*[4]) *τὸν ἥλιον ἐκλελοιπέναι* 255, 7 *ὃν . . . κανόνος ἂν τρόπον ὑπόσχοι*[5]) *τῷ πρὸς αὐτὸν ἀπευθῦναι* 301, 2 304, 5

e) aoristi medii

80, 30 140, 24 306, 1 II 3, 17 146, 13

f) aoristi passivi

254, 18 II 36, 13 42, 7 134, 21, 22

4. in enuntiato causali

praesentis medii

II 207, 19 *δι' ἄλλο τί φησι . . . ἢ διότι ἧττον* ⟨*ἂν*⟩[6]) *ἐργάζοιτο . . .*

Iam accedamus ad optativi potentialis usum disserendum. Exstant apud Dionem 477 optativi potentiales (398 in enuntiatis primariis, 80 in enuntiatis secundariis), qui iis, qui in enuntiato condicionali inveniuntur (143), additis plus dimidiam partem omnium optativorum efficiunt (1 : 1, 80). Quam proportionem velim conferas cum aliis scriptoribus et invenies apud

---

1) *θαυμάσαι ἂν* UBV.

2) *καταπλάττει ἤ τε* M.

3) *τύχοι* P, *τύχη* H, *τύχῃ* UBM.

4) *εἴπη* P, *εἴποι* ceteri.

5) *ὑπόσχοιτο* UB.

6) *ἥττονα* H, corr. P. *ἂν* Geelius, *ἐν* M, om. ceteri.

Dionysium 568 pot. inter 1292 opt. (1 : 2, 3)
(in Antiqu. 1 : 3, in rhet. 1 : 1, 4)
Diodorum 124 pot. inter 254 opt. (1 : 2, 04)
Philodemum 206 „ „ 326 „ (1 : 1, 6).

Hac ex comparatione Dionem secundum veterum scriptorum usum paene eodem modo quo Dionysium in rhetoricis optativum potentialem videmus adhibuisse; in Dionysii Antiquitatibus multo rarius exstat.

Inter hos optativos potentiales apud Dionem non aliter atque apud Dionysium quin formae quaedam dicendi persaepe inveniantur, non dubium erit respicienti nonnulla verba saepissime nobis occurrere; sic praebet *εἶναι* verbum 35 optativos potentiales, *λέγω* et *εἶπον* 43, *φημί* 23, *ἔχω* 23, *εὑρίσκω* 21, *γίγνομαι* 17, *αἱρέω* 12, *δύναμαι* 11, *βάλλω* 7, *βούλομαι* 6, *φέρω* 6, *βουλεύω* 6, *ὁράω* 6, *μένω* 5, *λαμβάνω* 5.

De *ἂν* particula Schroefelium l. c. p. 58 recte iudicavisse persuasum habeo. Ego quoque hanc voculam, ubi in orationibus Dionis optativo potentiali addita non sit, incuria librariorum omissam atque addendam esse censeo.

20 eiusmodi exempla nobis occurrunt eaque:

42, 15 *οὐ μὴν φανερώτερον οὐδὲ κάλλιον ἕτερον ⟨ἂν⟩ γένοιτο τῆς . .*

43, 20 *ὡς ἥκιστα μὲν κυβερνήτης ⟨ἂν⟩ ἀχθεσθείη τοῖς ἐν θαλάττῃ πόνοις*

45, 24 *τί γὰρ ⟨ἂν⟩ ἄλλο τις εἴποι*

158, 12 *εἰδὼς ὅτι οὐδὲν ⟨ἂν⟩ ἔχοιμι διδάσκειν*

170, 14 *ἀπολογησάμενος . . . μισθὸν ἕτερον τοῦ παρ' Ἠλείων προσλάβοις ⟨ἂν⟩ μείζω καὶ τελειότερον.*

178, 16 *ἀνθρώπων μὲν οὖν ἔγωγε οὐδενὶ παραχωρήσαιμ' ⟨ἂν⟩ κρείττονα ἐμοῦ ποτε γενέσθαι*

250, 29 *εἴ τις ὑμῖν ἔλεγεν . . ., οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ⟨ἂν⟩ ἀνδράποδον ἡγήσαισθε*

273, 5 *εἰ λέγοιμι . . .. τάχ' ⟨ἂν⟩ ληρεῖν με φαίητε*

275, 5 *καὶ μὴν οὐδὲν ⟨ἂν⟩ ἔχοιτε θέαμα κάλλιον καὶ παραδοξότερον*

292, 27 *οὐδὲ γὰρ πόλιν εἴποι τις ⟨ἂν⟩ ὀρθῶς τὴν ἐκ τοιούτων*

308, 27 *εἴ τις εἰκάζοι, οἵους ⟨ἂν⟩ ἀνθρώπους ὑπολάβοι εἶναι*

313, 6 *ἀλλ᾽ ἔγωγε πυθοίμην ⟨ἂν⟩ ἡδέως*
320, 22 *οὐδὲ γὰρ ὑγιαίνειν ἀσφαλῶς εἴποι τις ⟨ἂν⟩ τὸν πρὸ μικροῦ πυρέττοντα*
II 33, 13 *καὶ ταῦτα οὐδεὶς ⟨ἂν⟩ ἀντείποι*
152, 15 *τῶν μὲν γὰρ πρωτείων οὐκ ⟨ἂν⟩ ἄλλως τύχοιμεν*
162, 14 *καὶ οὐδεὶς ⟨ἂν⟩ αὐτὸν κωλύσειεν ἥδεσθαι*
207, 19 *δι᾽ ἄλλο τί φησι . . . ἢ διότι ἧττον ⟨ἂν⟩ ἐργάζοιτο*
215, 7 *ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ ἡδονάς τινας σίτων . . . τεθαυμακὼς καὶ τούτων ἐπιθυμῶν . . ., εὐδαιμονίζοι ⟨ἂν⟩ τοὺς τυγχάνοντας αὐτῶν*
259, 8 *οἷον εἴ τις Ἀθηναῖος ὢν . . . ὁ δὲ ἀναχωρήσειεν . . ., οὗτος ⟨ἂν⟩ ἀνακεχωρηκέναι λέγοιτο*
310, 18 *Πονηρίαν γὰρ ἀρχομένην κωλῦσαι τάχα τις κολάζων ⟨ἂν⟩ δυνηθείη.*

De *ἄν* particula et his in enuntiatis et in universum in Dionis orationibus posita haec disserere mihi liceat.

1. Ut apud Homerum veteresque scriptores ita etiam apud Dionem *ἄν* particula plerumque ante optativum (395ies), si modo fieri potest, in initio enuntiationis posita est. Neque vero est ipsum primum verbum, sed non aliter atque enclitica, quae dicuntur, cum alio coniuncta est.

a) Praecipue sequitur negationem[1]. 178 eiusmodi exempla in Dionis orationibus insunt; quam ob rem dubium non est quin hisce sex locis *ἄν* post negationem suo loco inserta sit: 158, 12 250, 29 275, 5 II 33, 13 152, 15 162, 14.

b) In interrogationibus directis, quae habent sensum positivum, *ἄν* vocula plerisque locis (42ies) post pronomina interrogativa exstat. In interrogationibus negativis *ἄν* post negationem et in interrogationibus, in quibus *γάρ* particula nobis occurrit, post hoc vocabulum posita est (16, 7 *πόσον γὰρ ἂν* . . . 37, 21 *τάχιστα γὰρ ἂν* . . . 45, 24 *τί γὰρ ἂν* . . . 89, 14 *τί γὰρ ἂν* . . . 221, 29 *τί γὰρ ἂν* . . . 231, 13 *τίς γὰρ ἂν* . . . 288, 4 *ὑμεῖς γὰρ ἂν* . . . II 170, 3 *πῶς γὰρ ἂν* . . . II 257, 22 *πῶς γὰρ*

[1]) Enclitica, quae dicuntur, in universum saepissime negationem sequi nos docuit Wackernagelius compluribus locis commentationis, quae inscribitur „Über ein Gesetz der indogermanischen Wortstellung“, Indogermanische Forschungen I 1892 p. 335 sq., 343, 380.

ἂν . . .). Qua de causa Dindorfius 45, 24 ἂν particulam post γάρ sine ullo dubio recte inseruit.

Reliquis quoque in enuntiationibus ἂν saepe post γάρ voculam exstare et ipse in Dionis orationibus observavi et Werferus in universum satis demonstravit (cf. acta philologorum Monacensium I 246 sqq.).

Neque aliter atque in directis ἂν particula in indirectis interrogationibus post pronomina interrogativa posita est. Semel negatio intercedit et semel clausulae causa ἂν optativum sequitur (161, 14 εἴπατε πότερον ἁρμόζων ὁ λόγος οὗτος . . . γέ|νοιτ᾽ ἄν, ὦ παῖδες Ἠλείων — ⏑ — — ⏑ — — —). Ergo Reiskium 308, 27 ἂν post οἵους recte inseruisse nemo negabit.

Praeterea ἂν vocula 5ies post pronomina demonstrativa et 11ies post pronomina relativa nobis occurrit. His praecipue in enuntiatis relativis ἂν particula formula ὡς ἂν excepta, quae quinquies exstat, multis locis sine ulla regula posita est (cf. Wackernagelii commentationis paginas 386 sqq.).

c) 66ies ἂν particula coniuncta est cum adverbiis optativos antecedentibus, quae sunt imprimis τυχόν, σχεδόν, μᾶλλον, ῥᾷον, ἴσως, τάχα, δικαίως, κυρίως etc. Quae cum ita sint, non modo 273, 5 et II 207, 19 ἄν, cum nullum aliud vocabulum antecedat, quod sequi possit, recte post adverbia additum esse, sed etiam II 310, 18 non cum Arnimio post κολάζων, sed, praesertim cum clausula non deleatur, post τάχα concedes inserendum esse. (Πονηρίαν γὰρ ἀρχομένην μὲν κωλῦσαι τάχ᾽ ἄν|τις κολάζων δυνηθείη· — ⏑ — — ⏑ — — ⏑).

2. Si ante optativum vocabulum deest, quod ἂν vocula sequatur, eam post optativum poni consentaneum est. Et post ipsos optativos invenitur (88ies) et post τις pronomen indefinitum, ut exempla afferam, εἴποι τις ἄν, λέγοι τις ἄν, φαίη τις ἄν, εὕροι τις ἄν, ἴδοι τις ἄν, ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν, quas formulas in Dionis orationibus saepissime inveniri facile intellegitur. Quapropter 170, 14 178, 16 313, 6 et 292, 27 320, 22 ἂν particula quin suo loco a viris doctis addita sit, dubium non est; meo iudicio etiam 43, 20 eadem de causa ἂν non cum Iacobsio post κυβερνήτης, sed post ἀχθεσθείη collocanda est.

42, 15 Iacobsius post *φανερώτερον* et Arnimius post *ἕτερον* voculam *ἄν* addiderunt. Equidem hisce commotus exemplis, quae eandem structuram praebent, post *γένοιτο* eam inserendam esse censeo:

22, 2 *οὐδὲ γὰρ μουσικήν, ἔφη, πᾶσαν μανθάνειν ἐθέλοιμ᾽ ἄν*
213, 5 *οὐδὲ τοιοῦτον οὐδένα ἀξιοῖμεν ἄν*
206, 30 *οὐδὲ γὰρ τοιούτους ὑποδέχοιντ᾽ ἄν, ὡς εἰκός, ξένους*
II 116, 9 *οὕτως μὲν οὐδὲ Ἀρχίλοχον εἴποις ἂν Ὁμήρου ζηλωτήν*
130, 16 *ὅς γε οὐδὲ ἀποκτείνας σκυλεῦσαι ἄν*
180, 22 *οὐδὲ τούτων ἀμελήσας αἰσχρόν τι καὶ φαῦλον προέλοιτ᾽ ἄν*
228, 8 *οὐδὲ τοιοῦτον εἴποι ἂν ἐλεύθερον.*

Omnia, quae attuli, exempla talia sunt, ut negationem simplicem vel cum *γάρ* coniunctam gravissimum vocabulum sequatur et *ἄν* particula post optativum posita sit.

3. In enuntiati condicionalis apodosi *ἄν* particula semper fere secundo loco post vocabulum gravissimum modo ante modo post optativum nobis occurrit. Quam regulam respicientes Dindorfius et Emperius II 215, 7 et II 259, 8 *ἄν* sine dubio recte inseruerunt.

ἄν particula bis ad optativum apposita secundum omnium codicum consensum duobus locis nobis occurrit:

213, 11 *ὅπως ἂν ἢ ὑφ᾽ ὧν γιγνόμενα ἥκιστα ἂν εἴη βλαβερά, οὐ νῦν καιρός ἐστι διορίζειν.*
II 200, 21 *ἀλλὰ τάχ᾽ ἂν ὀργῆς ἢ φιλοτιμίας καταλαβούσης οὐκ ἂν ἐπιγνοίης αὐτὸν ἀσάλευτον καὶ πιστόν.*

Semel tantum in U et T codicibus bis apparet:

II 84, 25 *ἴσως δ᾽ ἂν ὅμοιος ἂν εἴην τοῖς τέττιξι.*

Quod attinet ad optativum potentialem enuntiatorum secundariorum, in his quoque Dio Atticos scriptores secutus est; nam in enuntiato causali et consecutivo, in quibus veteres scriptores hunc modum rarissime adhibuerunt, apud Dionem potentialis semel nobis occurrit, in interrogationibus indirectis, in sententiis pendentibus ex *ὡς* et *ὅτι* coniunctionibus, praecipue in enuntiato relativo multo saepius invenitur. Has inter enuntiationes relativas illae potissimum mentione dignae

sunt, quibus comparatio exprimitur per particulas *ὡς ἄν* 140, 24 II 3, 17 8, 4 148, 28 278, 21, *καθάπερ ἄν* II 260, 8—10 *οἷον ἄν* II 201, 27 *ὥσπερ ἄν* II 274, 23.

Denique optativus potentialis 464ies ad praesens tempus pertinet et 14ies sensum futuri habet.

337ies exstat, ut iudicium modestius proferatur et 130ies, ut aliquid fieri posse significetur.

Ex omnibus, quae de optativo potentiali disserui, Dionem in hoc modo usurpando prorsus Atticorum sermonem secutum esse apparet.

Transeamus

III. ad optativum obliquum

quem invenimus

1. in enuntiato pendente ex *ὡς* et *ὅτι* coniunctionibus

a) post tempora praeterita

α) praesentis

act: 10, 14 12, 14 90, 10 101, 3 114, 7 127, 2 128, 2, 28 132, 8 151, 19 313, 2 II 116, 24 135, 26 140, 27 141, 4 147, 4 212, 31 301, 6

med: 58, 6 64, 20 120, 9 127, 31 II 28, 16 140, 25 *οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνα ἥδετο λέγοντος τοῦ Ἀγαμέμνονος . . .. ὅτι προτιμᾷ τῆς γυναικὸς αὐτὴν καὶ οὐδὲν ἡγοῖτο*[1]) *χείρονα*

pass: 103, 12 *ἔλεγε δὲ ἐπισκώπτων, ὅτι ὀρθῶς ἐπιπλήττοιτο*[2]) *τὸ τοῦ κυνός·* 121, 4

β) futuri

act: 205, 19

med: 10, 20 66, 5 *πλὴν σαφῶς γε εἰδὼς ὅτι οὐδὲν ἔσοιτο*[3]) II 140, 21

γ) aoristi

act: II 106, 10

med: 128, 3 129, 31

pass: 136, 4

[1]) *ἡγεῖτο* B.

[2]) *ὅτι - κυνός* corrupta sunt; praebent codd. PY *ἐπιπλήττοιτο τοῦ*, UB *ἐπιπλήττοιτο το τοῦ*; Arnimius legit *ὅτι ἐπιπλήττοι τὸ τοῦ κυνός* et fortasse *ἐπιτηδεύοι τὸ τοῦ κυνός* scribendum esse existimat. Equidem Reiskium sequor, qui coniecit *ὅτι ὀρθῶς ἐπιπλήττοιτο τὸ τοῦ κυνός*.

[3]) *πείσοιτο* pro *ἔσοιτο* Cobetus Herwerden.

δ) perfecti

act.: 127, 2.

ε) praesens et aoristus inter se variant

II 50, 1 139, 18.

Horum enuntiatorum in numero illos quoque locos

58, 2 *διὰ ταῦτα δὴ δακνόμενος, εἴ τις αὐτοῦ διοίσει ῥαδίως οὕτως καὶ ἀπραγμόνως ζῶν, καὶ προσέτι οὐχ ἧττον ὀνομαστὸς ἔσοιτο* [1]) et

II 238, 29 *ἐφιλονίκουν καὶ ἐδόκει ἄτοπον εἶναι, εἰ μηδὲν ἔσται εἰπεῖν τεκμήριον . . . ἀλλ' εὐμαρὲς ἔσοιτο περὶ παντὸς ἀμφισβητεῖν*, quibus optativi ab *εἰ* coniunctione pendent, habendos esse existimo.

b) post tempora praesentia

α) praesentis

act.: 88, 18 *διὰ ταῦτα τὸν μῦθον λέγειν, ὡς τὸν Προμηθέα κολάζοι ὁ Ζεὺς* . . . 117, 20 *εἴ τις ψευδῆ ἀποφαίνοι . . . οὐθ' ὡς ἡ Σφὶγξ ἀφικομένη κατεσθίοι τὰ τέκνα αὐτῶν* II 137, 16 *λέγει γάρ, ὡς οὐδὲν εἴη τὰς φρένας χείρων* 278, 1 *φασὶ τοὺς φιλοσόφους λέγειν, ὡς ἄρα εὐδαίμων εἴη μόνος ὁ σοφός*

β) aoristi

med: 120, 7 *περὶ αὐτοῦ οὐδὲν εἴρηκεν, ὅτι πύθοιτο παρὰ θεοῦ τινος*

act., med., pass. inter se variant:

126, 3 *ἀκούοντες Στησίχορον λέγειν, ὅτι τὸ παράπαν οὐδὲ πλεύσειεν ἡ Ἑλένη . . . ὡς ἁρπασθείη μὲν Ἑλένη ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου, δεῦρο δὲ εἰς Αἴγυπτον ἀφίκοιτο* [2]).

[1]) Indicativus *διοίσει* cum optativo *ἔσοιτο* coniunctus offendit Wilamowitzium; mea quidem sententia iniuria. Praeterquam quod praecipue apud hellenisticae aetatis scriptores saepius in eodem enuntiato sensu incolumi modos inter se variare constat, hisce locis Dionis in omnis generis enuntiatis sine ulla sensus differentia modi inter se mutantur: 90, 10 80, 30 127, 2 321, 18 265, 17 32, 7—10 155, 16—20 224, 29—31 314, 5 112, 20 12, 14 II 22, 13 37, 13 58, 24 140, 25 142, 22 178, 25 187, 12 184, 6—9 227, 27—228, 3 238, 27—29 272, 10 285, 11—16 255, 7 301, 6.

[2]) *ἀφίκετο* UBT.

Haec sex exempla quin per analogiam tantum illorum post praeterita tempora exemplorum orta sint, nemo dubitabit.

E 43, quae enumeravi, exemplis pendent 18 ex ὡς, 23 ex ὅτι coniunctionibus, bis ὡς et ὅτι inter se variant.

Idem est subiectum in enuntiato primario et secundario 9ies, 36ies variat.

De huius optativi obliqui et apud Dionem et apud alios huius temporis scriptores syntaxi ut dicam quod sentio, eos omnino non causa in ipsa sententia posita, ut optativum adhiberent, commotos, sed elegantem tantum Atticorum scriptorum stilum imitatos esse statuo.

Optativum potentialem Dionem eodem modo quo Dionysium in rhetoricis adhibuisse supra vidimus; optativum obliquum eum non aliter atque hunc in Antiquitatibus vitasse cum eo, quod inter tam paucos illos, quos attuli, optativos 19 sunt εἶναι verbi formae, tum hisce locis, quibus Dio post praeterita tempora indicativum usurpavit, satis ostenditur:

11, 24 12, 1, 14 14, 19 17, 24 20, 6 54, 11 57, 9, 17, 57, 18, 21, 23, 26 58, 19 59, 9, 15 62, 29 66, 9 68, 21, 25 82, 3 85, 9 90, 11 92, 3 96, 20, 22 101, 6, 31 102, 15 103, 5 107, 2 111, 29 115, 1, 4, 15, 17, 19 127, 2 128, 30, 32 130, 13, 14 132, 8 133, 27 144, 2 146, 3, 21 153, 6, 25 156, 21, 26 158, 22 163, 18 181, 1, 25 184, 23, 24 185, 28 187, 1 191, 16 201, 3 (bis) 202, 7 (bis) 213, 15 235, 3 248, 6 253, 2 256, 29 257, 19 265, 17 277, 23 279, 22 297, 6 308, 26 309, 24 330, 4

II 5, 33 32, 14 40, 6 48, 9 54, 26 62, 5 72, 17, 27 81, 4, 6 83, 4 87, 21 88, 1 92, 20 95, 18 99, 6 100, 25 101, 3 135, 16, 24 136, 21 139, 25, 31 168, 2 188, 10 235, 1 296, 2 301, 6, quo loco contra Arnimium retineo, quod praebent codices ἔλεγε . . . ὡς ἀγαθοί τέ εἰσι καὶ φιλοῖεν respiciens, quae in adnotatione 1 paginae 25 disserui, et hac quoque in oratione post praeteritum tempus indicativum servatum esse statuens.

Hac enumeratione Dionem post praeterita tempora 39ies optativum et 104ies indicativum posuisse videmus (opt. obl. : ind. = 1 : 2, 66).

Post praesens tempus indicativus 335ies nobis occurrit; ergo omnes opt. obl. : omnes, qui exstant, indic. = 1 : 9, 82

Apud Diodorum opt. obl. : ind. = 1 : 19, 6
apud Dionysium „ „ : „ = 1 : 5, 7,
e qua comparatione Dionem his in enuntiatis optativum etiam rarius quam Dionysium adhibuisse apparet.

2. In interrogationibus indirectis optativum obliquum pro indicativo hisce invenimus locis

a) post praeterita tempora

α) praesentis

act: 12, 18 34, 3 98, 1 107, 25 *ἀνέκρινεν ὁ Διογένης τὸν ἄνθρωπον ὅ, τι πράττοι* [1]) 179, 18 198, 4
II 95, 20 119, 19 213, 21 238, 31 239, 5 292, 19 294, 4 295, 4
med: 66, 17 137, 5 182, 8 II 135, 23
act. et med. inter se variant: 104, 17

β) futuri

med: 144, 1 II 191, 12

γ) aoristi

act: 15, 26 144, 16 190, 9 II 228, 5

δ) perfecti

act: 97, 29

ε) praes. et perf. inter se variant

58, 25

b) post praesentia tempora

aoristi

act: 137, 4 *ἔτι δὲ τὴν νυκτερινὴν ἐκκλησίαν βουλευομένων, ὅπως φύγοιεν* 331, 18 *ἵνα μηδεὶς πυνθάνηται, ὅστις εἰμὶ καὶ ὁπόθεν ἔλθοιμι*, quo loco indicativus antecedit et optativus non nisi variandi causa positus est.

Contra 29 illos, quos attuli, optativos post praeterita tempora hi 68 loci stant, quibus indicativus apparet:

12, 12 13, 27 57, 12 62, 14 66, 5 68, 13 (bis) 86, 15 89, 18 96, 28 (bis) 101, 6 105, 3, 10, 32 107, 19 124, 6 125, 23, 24 159, 19 178, 23 179, 19 182, 16 184, 16 185, 7 187, 4 190, 7 199, 33 (bis) 197, 27 198, 8 204, 18 299, 10 312, 29 322, 20, 21

---

[1]) *ὅτι πράττοιεν* UBV.

II 41, 20 74, 30 82, 28 83, 20 105, 1, 25, 28 116, 17, 18 117, 1, 2, 16 118, 4 (bis) 123, 26 120, 7 128, 5 135, 15 138, 9 139, 21 173, 9 232, 6, 10 233, 4 234, 29 240, 20 248, 18 270, 11 278, 4 293, 5 295, 6 299, 20.

Post praesens tempus indicativus 235ies invenitur; ergo opt. : ind. = 29 : 303 = 1 : 10, 7, e qua proportione Dionem in interrogationibus indirectis optativo non aliter atque *Κοινῆς* scriptores quin etiam rarius quam illos (apud Diodorum ratio est 1 : 5, 8) usum esse intellegitur. Optativum obliquum praecipue his in enuntiatis ab *Ἀττικισταῖς*, qui dicuntur, rarissime adhibitum esse infra in Philostrati operibus tractandis saepius videbimus.

Optativum pro coniunctivo dubitativo Dio omnino non adhibuit, cum coniunctivus dubitativus post praeteritum tempus quater et post praesens tempus 12ies nobis occurrat.

3. In enuntiato finali

optativus pro coniunctivo invenitur pendens

a) e tempore praeterito

α) post *ἵνα* quater

praesentis

act: 182, 9 II 115, 8
med: 15, 7
pass: II 272, 10

β) post *ὡς* bis

praes. act: 104, 4
aor. act: II 248, 11

γ) post *ὅπως* quinquies

praes. act: 187, 18
fut. act: II 223, 14 *ἠμύνοντο, ὅπως μὴ εἰσίοι*[1]) *ἔξωθεν παρ' αὐτούς*
aor. act: 180, 26 II 141, 23
aor. med: II 48, 2

b) e tempore praesenti

α) post *ἵνα* ter

praes. act. et med. inter se variant II 128, 25 *εἰ δίκαιός*

[1]) *μὴ εἰσίοι* B] *μὴ εἰσίοιεν* C, *μὲν εἰσίεν* M.

ἐστιν ἀλαζὼν δοκεῖν, ἵνα θαυμάζοιτο καὶ δοκοίη μακάριος, ἢ μᾶλλον ἵνα πειθομένους ἔχοι[1]) τοὺς ἀκούοντας

aor. med: 142, 15 II 256, 26 βουλοίμην δ' ἂν . . . γενέσθαι, ἵνα . . . χρήσιμοί τι γενοίμεθα[2])

β) post ὅπως ter

praes. act: 70, 25 τοὺς θεοὺς πλέον οὐδὲν λογιζόμενος, ὅ τι μὴ . . . ὅπως ἔχοι κληρονομεῖν II 131, 26 νῦν . . . ἐλήλυθα, ὅπως . . . τὰ Ἡρακλέους τόξα κομίζοιμι τοῖς συμμάχοις

aor. act: II 300, 15 ὥσπερ εἴ τις . . . ῥίνην ἀποκρύψειεν, ὅπως . . . λύσειεν ἑαυτόν

γ) post ὅπως ἂν semel

II 170, 25

δ) post ὡς ἂν semel

II 294, 21.

Quid iam his ex optativis discimus? Apud Atticos scriptores non solum post praeterita tempora optativum in enuntiato finali paulatim crevisse, quin etiam coniunctivum paene repressisse, sed hunc modum etiam post praesentia tempora ad opinionem quandam exprimendam nonnumquam adhibitum esse inter omnes constat (Kuehner-Gerth § 353, 4). A Platonis et Xenophontis aetate optativus coniunctivo paulatim reprimi coeptus est. Fere apud scriptores linguae hellenisticae exeuntis rem ita se habere Polybii (K. Reik, Der Optativ bei Polybius und Philo von Alexandrien, Lpz. 1907, p. 38 sqq.) et Diodori sermone (Kapff l. c. p. 65 sqq.) satis ostenditur.

Hos auctores Dionem longe aliter atque Dionysium, cui in Antiquitatibus, ubi exstant optativi 64 in enuntiatio finali, ut veteres illos Atticos aequaret, optime contigit, prorsus secutum esse cum parvo post tempora praeterita optativorum numero tum his exemplis, quibus post praeteritum tempus coniunctivum retinuit, dilucide cognoscitur:

---

[1]) Sic Arnimius, quem sequor; δοκῇ M δοκεῖ UB; ἔχῃ UBMH ἔχει P m. pr. corr. Wilam.

[2]) γενοίμεθα Emperius] ἐγενόμεθα BM, item N, sed fuit hoc in codice ἐγινόμεθα.

46, 14 90, 7, 9 92, 21 103, 4 108, 11 109, 8 148, 7 153, 2 168, 2 174, 7 207, 11 255, 8 258, 16, 21 280, 28 287, 5 331, 15, 17

II 1, 3 23, 20, 23, 24 43, 15 47, 29 48, 27 59, 20 63, 13 73, 15, 29 83, 20 102, 11 123, 16 142, 5 223, 12 248, 14 267, 12.

Post praesens tempus Dio coniunctivo 128ies usus est; ergo opt. : coni. = 17 : 165 = 1 : 9, 78.

Hanc proportionem cum Polybio (1 : 39) et Diodoro (1 : 22, 4) comparantes Dionem his in enuntiatis optativum valde quidem, sed non eo modo, quo in interrogationibus indirectis, vitasse videmus.

E particulis, quae enuntiata finalia introducunt, inveniuntur

ἵνα	98ies :	7ies	c. opt.,	91ies	c. coni.
ὅπως	71ies :	8ies	„ „	63ies	„ „
μή	9ies :			9ies	„ „
ὡς	quater :	bis	„ „	bis	„ „
ὅπως ἄν	semel		„ „		
ὡς ἄν	„		„ „		

Qua tabula Dionem in particulis adhibendis Atticorum usum, apud quos tragicis solis exceptis ὡς omnino fere particulis ἵνα et ὅπως oppressa est (Kuehner-Gerth § 353, 1 adnot. 1), plane secutum esse elucet.

4. Post verba timendi

habes optativum 5ies post tempora praeterita

praes. act: 91, 2 II 296, 23
„ med: 65, 16 170, 28
aor. act: 132, 20.

Coniunctivus post praeteritum tempus 10ies nobis occurrit (60, 22 90, 8 102, 12 131, 13 141, 13, 19 144, 14 187, 8 195, 31 II 51, 4) et post praesens tempus 22ies; ergo opt. : coni. = 1 : 6, 4.

Quod hucusque de optativi usu disserui, ad locos quoque, qui verba timendi exhibent, pertinet, etiamsi Dio his in enuntiatis optativum paulo saepius quam Dionysius (1 : 8, 7) adhibuit.

In enuntiationibus relativis et temporalibus hic optativus omnino non apparet.

Quod iam in singulis enuntiationibus tractandis de optativi obliqui apud Dionem usu exposui, in universum de hoc modo dicendum est. Dionysium in Antiquitatibus optativum obliquum denuo saepius adhibere coepisse nos docuit Schroefelius. Dio aeque atque scriptores linguae hellenisticae et Dionysius in rhetoricis hoc modo rarissime usus est.

IV. Optativus iterativus

nobis occurrit

1. in enuntiato temporali

a) post praeterita tempora 18ies

praesentis: 85, 19 86, 14 102, 5 (bis) 203, 17 II 268, 7 293, 4 297, 28

aoristi: 2, 4 56, 4 75, 14 81, 2 105, 6 107, 6 183, 7 192, 26 II 81, 19 212, 25

b) post praesens tempus bis

praesentis: 114, 14 II 262, 9.

Omnia exempla *ὁπότε* coniunctione inducuntur.

2. in enuntiato relativo

a) post praeterita tempora 12ies

praesentis: 12, 5 15, 12 57, 20 (bis) *καὶ ὅτι αὐτῷ μὲν ἔδει . . . εἰ μέλλοι βαδίζειν ὅποι βούλοιτο καὶ τυγχάνειν ἂν ἐπιθυμοῖ*[1]) 60, 6 II 82, 14 113, 18 237, 16

aoristi: 16, 3 97, 20 *οὐκ ὀλίγων καπήλων διακαπηλευόντων ὅ, τι τύχοιεν*[2]) *ἕκαστος* II 268, 10, 19, 20 292, 6

b) post praesens tempus quater

praesentis: 308, 16 II 104, 9

aoristi: 255, 10 II 218, 9.

In enuntiato condicionali optativus iterativus 31ies invenitur (cf. p. 39 sq.).

Hunc quoque optativum Dionysius in Antiquitatibus, in quibus exstant 139 exempla, secundum Atticorum usum denuo saepius quam *Κοινῆς* scriptores adhibere coepit. Sed non cum Antiquitatibus sed cum rhetoricis Dionysii, in quibus hic quoque optativus prorsus paene evanuit, hic Dionis usus comparandus est.

---

[1]) *ἐπιθυμοῖ* V; *ἐπιθυμεῖ* UBP.

[2]) *ὅτ᾽ ἂν τύχῃ* UB.

Iam agamus

V. de enuntiato condicionali

I. De optativo potentiali

1. *εἰ* c. opt. — opt. c. *ἄν* (aut inf. vel part. c. *ἄν*)

a) praesentis optativum ex *εἰ* pendentem habemus et ita quidem, ut in apodosi legamus

α) optativum praesentis c. *ἄν*

8, 24 117, 14 141, 15 168, 29 261, 2 *οὐδέ γε εἴ τις νόσον ἰάσασθαι δύναιτο ἐνοχλοῦσαν πάλαι, φείδοιτ᾽ ἂν*[1]) *ἐξ ἀρχῆς ὑγιαίνειν* 273, 3—5 *εἰ οὖν τὰ τοῦ Ἑρμοῦ ἔπη κἀγὼ λέγοιμι πρὸς ὑμᾶς* . . ., *τάχ᾽* ⟨*ἂν*⟩[2]) *ληρεῖν με φαίητε*

II 89, 14 112, 22 *τὰ μὲν ἄλλα εἰ διεξίοι τις, πολὺ ἂν ἔργον εἴη*[3]) 121, 4 *οὐδ᾽ εἰ περὶ Ἀδράστου τοῦ Ταντάλου λέγοις*[4]), . . . *ἀχθοίμην ἄν*, 121, 6 164, 21 170, 13—18 184, 14 210, 2 *εἰ δὲ δὴ σὺν αὐτῷ καὶ τὰ παιδία νοσοῖ*[5]) . . . *ἆρα καὶ τότε εὔχοιτ᾽*[5]) *ἂν μηθένα ἄλλον ἰατρὸν εὑρεθῆναι* 212, 15 249, 31 256, 23 262, 26 sqq.

β) optativum aoristi c. *ἄν*

40, 26 51, 17 112, 3 116, 18 *οὐκ ἂν οὖν θαυμάσαιμι καὶ ὑμᾶς, ἄνδρες Ἰλιεῖς, εἰ πιστότερον ἡγήσασθαι*[6]) *Ὅμηρον* . . . *κἀκεῖνον μὲν ὑπολαβεῖν θεῖον ἄνδρα* . . . *καὶ διδάσκειν* . . . 117, 16 169, 21 *καὶ τὴν ἄλογον ἂν ἐκπλήξειε*[7]) *τοῦτό γε τῶν ζῴων φύσιν, εἰ δύναιντο προσιδεῖν* 186, 9 169, 3—171, 1 196, 10 *ἃ εἴ τις ἐθέλοι*[8]) *γεωργεῖν, οὐ μόνον ἂν προῖκα δοίην* 227, 9 228, 24 *ἢ νόμισμα μὲν εἴ τῳ χαρίζοισθε*[9]) *κίβδηλον, οὐδεὶς ἂν ἑκὼν λάβοι* 264, 17 274, 8 287, 11 308, 18—27 321, 17

[1]) *φοβοῖτ᾽ ἄν*, quod vult Arnimius, improbo.

[2]) *ἄν* addidit Wilamowitzius.

[3]) *ἐπεί* pro *εἴη* M; *ἐπήη* B, *ἐπήιη* U m. pr. (corr. litterae η priori superscr. *εί*; *ἔργον εἴη* mrg.).

[4]) *λέγοις* M; *λέγεις* PH; *λέγειν* BU m. pr.

[5]) *νοσεῖ* PH; *εὔχοιτο* (om. *ἄν*) H *εὔχοι᾽ ἄν* (*εὐ*-a corr.) U.

[6]) *ἡγήσασθαι* U, *ἡγήσασθε* BVT; *ἡγήσαισθε* et mox *ὑπολάβοιτε* et *διδάσκοιτε* Reiskius. Equidem Arnimium sequor, cui post *εἰ* optativus velut *τλαίητε* videtur inserendus esse, unde infinitivi pendeant.

[7]) *ἐκπλήξει* codd.; corr. Geelius.

[8]) *θέλοι* U m. pr.; *ἐθέλει* PH, *ἄν* om. UBM.

[9]) *χαρίζεσθε* ME; *χαρίζεσθαι* BIv; corr. Arnimius.

II 151, 13 εἴ μέ τις ὑψηλὸν ἄρας ἄγοι [1]) μετέωρον . . . οὐκ ἂν τὴν Λυδῶν ἑλοίμην τροφὴν 173, 16—19 εἴτε ἱππικῆς ἐπιτηδεύοι . . . εἴτε στρατηγεῖν ἐθέλοι [2]) . . ., καλῶς ἂν πάντα ποιήσειε 178, 7, 12 191, 19 219, 11—13 224, 24 257, 5—6 264, 26 265, 5

b) Aoristi optativum ex εἰ pendentem his locis invenis atque ita, ut in apodosi positus sit

α) optativus praesentis c. ἄν

94, 21 238, 18 262, 27 sq.

II 201, 29 227, 21 257, 3 259, 6—8 οἷον εἴ τις Ἀθηναῖος ὢν . . . ὁ δὲ ἀναχωρήσειεν [3]) εἰς Μέγαρα ἢ . . . οὗτος ⟨ἂν⟩ ἀνακεχωρηκέναι λέγοιτο; 259, 9, 12

β) optativus aoristi c. ἄν

46, 21—23 (bis) 64, 25 185, 15 ὅμοιον γὰρ ἂν ποιήσαιτε [4]), ὥσπερ εἰ . . . ἀποδείξαιτε . . . 223, 22 225, 27 sq. 240, 16 245, 24 310, 25

II 33, 7—10 37, 30 130, 12 204, 19, 216, 1—20 264, 21 265, 1, 2 287, 22.

Denique notemus II 138, 24 εἴ γε καὶ τὰ ἄλλα ἀκούσειας, quo loco apodosis suppressa est.

Horum 69 optativorum potentialium 61 nobis occurrunt, quibus iudicium modestius profertur, et 8, quibus aliquid fieri posse significatur; 64 ad praesens tempus pertinent, 6 futuri sensum habent.

2. εἰ c. ind. — opt. c. ἄν (Kuehner § 573)

invenimus in apodosi

a) optativum praesentis

act: 36, 13 38, 3 52, 4, 11 59, 20 112, 18 172, 24 195, 7 211, 6 εἰ γάρ τῳ δοκεῖ [5]) . . . βλασφημεῖν, πολὺ πλείω

[1]) ἄνω codd.; corr. in ἄγοι Arnimius.

[2]) ἐθέλοι in mrg. suppl. P.

ποιήσειε Emperius, ποιήσει UBM, ποιήσοι PH.

[3]) ἀναχωρήσει codd.; ἀναχωρήσειε(ν) Emperius, qui etiam ἂν in apodosi addidit.

[4]) ποιήσητε PY; ποιήσετε UBM; corr. Emperius.

[5]) Sic libri, quam lectionem retineo; δέοι Emperius, quem secutus est Arnimius.

ἂν ἔχοιεν καὶ τῷ ὄντι αἰσχρὰ . . . 214, 5 228, 28 233, 11 252, 14 306, 8

II 6, 16, 20, 24 11, 3, 4 35, 12 68, 26 καὶ γὰρ ⟨ἂν⟩[1] εἴη δεινόν, εἰ οἱ ἄνθρωποι ἀδικώτεροι ἔσονται 115, 27 134, 6 εἰ δὲ δὴ τοῦδ' ἐθελήσεις κοινωνεῖν τοῦ βίου . . ., οὐκ ἂν φθονοῖμεν[2]) 139, 12 209, 23 214, 14, 15 236, 2 239, 29 240, 1 270, 12 281, 3 286, 17 294, 12

med: 210, 15 307, 10 325, 18

II 11, 5 12, 17 142, 19 209, 9 κυβερνήτης . . . κυβερνήτην οὐκ ἂν ἥδοιτο[3]) ὁρῶν συμπλέοντα αὐτῷ 215, 27 287, 30

pass: 233, 27

β) optativum aoristi

act: 112, 24 170, 14 ἀπολογησάμενος ἱκανῶς . . . μισθὸν ἕτερον τοῦ παρ' Ἠλείων προσλάβοις ⟨ἂν⟩[4]) μείζω II 152, 15 τῶν μὲν γὰρ πρωτείων οὐκ ⟨ἂν⟩[5]) ἄλλως τύχοιμεν μὴ . . . ἁμιλλώμενοι 170, 1 260, 21, 24

med: 37, 21 II 58, 28 238, 3

pass: II 255, 11

3. ἐάν c. coni. — opt. c. ἄν

exstat in apodosi

a) optativus praesentis

act: 8, 23 61, 20 173, 13 219, 16

II 6, 9 213, 7 228, 3 259, 25

med: 27, 16 289, 2

pass: 214, 20 ἐὰν οὖν καὶ ἡμεῖς μὴ προσήκοντα . . . φαινώμεθα διεξιόντες, μακρολογεῖν εἰκότως ἂν λεγοίμεθα[6]) II 288, 1

b) optativus aoristi

act: 111, 6 II 67, 5 233, 21 σὺ δὲ οὐ μόνον ὑπὲρ σεαυτοῦ ⟨ἂν⟩

---

[1]) ἂν om. UBM, habet T.

[2]) φθάνομεν M.

[3]) ἡγοῖτο codd., correxit in ἥδοιτο Seldenus, quem secutus est Arnimius.

[4]) ἂν addidit Geelius.

[5]) „ „ Emperius.

[6]) φαινοίμεθα PY, φαινώμεθα UBM corr. in λεγοίμεθα Wilam.

καὶ τῆς σῆς μητρός, ἐὰν κελεύσῃ σέ τις, ὀμόσαις[1]), *ὡς ἔοικεν* pass: 95, 9.

Ex his 69 exemplis optativus potentialis 64ies ad iudicium modestius proferendum adhibitus est et 5ies aliquid fieri posse significat; 63ies ad praesens, 6ies ad futurum tempus pertinet.

Praeterea enumeratione, quam supra attuli, optativi potentialis usum in his quoque enuntiatis optime ad id, quod p. 19 sqq. de eo disserui, quadrare satis ostenditur.

Sed ne enuntiata ab *εἰ* et *ἐάν* pendentia praetereamus. In iis optativum similiter atque obliquum et iterativum magis magisque evanescere ex his, quae sequuntur, satis apparet. 32ies in iis nobis occurrit *εἰ* c. ind., quam constructionem Dio ter (59, 20 307, 10 II 68, 26), ut fictam quandam cogitationem exprimat, adhibuit. His locis quin Attici scriptores *εἰ* c. optativo coniuncturi fuerint, nemo est qui dubitet. Tum *ἐάν* c. coni. 18ies invenimus. Hanc constructionem modo iterativo post praesens tempus excepto apud Atticos, nisi de exspectatione agitur, non exstare omnes sciunt. In Dionis autem orationibus contra hanc regulam quater (61, 20 95, 9 112, 24 II 67, 5) ad opinionem exprimendam adhibita est; quinquies, quibus locis partim de exspectatione partim de opinione agitur, eodem modo *εἰ* c. opt. poni potuit.

Denique etiam participium, quod his in enuntiatis 22ies reperitur, quinquies (II 6, 16 11, 3, 4 35, 12 209, 9), quibus locis cogitationem exprimit, constructionem *εἰ* c. opt. repressit.

His igitur in enuntiatis Dionem optativum secundum Atticorum sermonem adhibere minime studuisse duodecim illis, quae attuli, exemplis satis ostenditur.

4. *εἰ* c. opt. — ind. (inf., part., imp.)

a) *εἰ* c. opt. praes.

in apodosi

α) ind. praes.

4, 14 6, 7—9 *εἰ δέ τις πρὸς μὲν ταῦτα ἔχοι μετρίως, πρὸς δὲ πλησίον αὐτῷ . . . ἀτιμάζοι*[2]), *λανθάνει προδότης αὐτοῦ*

---

[1]) *ἄν* add. Geelius, qui etiam *ὀμόσαι ἴσως ἔοικεν*, quam lectionem praebent UBM, correxit.

[2]) *ἀτιμάζοι* E. Emperius ex coni., *ἀναγκάζοι* UBV, *ἀναγκάζει* PW.

γιγνόμενος. 20, 9 *οὐδὲν μέντοι ἄτοπον . . . εἰ καὶ ποιητὴς ἀγαθὸς εἴην*[1]) *παρεχούσης τῆς φύσεως* 38, 25 50, 12 61, 4 70, 10 164, 3 171, 24 180, 28 227, 29 230, 17 237, 9 246, 30 252, 20 270, 7 281, 17 305, 31

II 32, 17 59, 31 81, 33 128, 7 138, 7 160, 25 161, 12 165, 21 *εἰ δέ τις οὕτως ἀσθενῶς ἔχοι*[2]) *τὴν διάνοιαν . . . πῶς οὐχὶ τούτῳ φευκτὸς ὁ βίος* 165, 24 173, 21 200, 10 206, 2 225, 16 231, 7 245, 24 249, 6, 18, 19, 22 254, 29 256, 17 259, 15—17 268, 20

β) imp.

10, 27 *τούτῳ μήποτε ὀκνήσῃς εἰπεῖν τόνδε τὸν μῦθον, εἰ καί σου καταφρονεῖν τινες μέλλοιεν*[3]) 258, 25

γ) impf.

64, 17 180, 10 II 94, 25 165, 19

δ) ind. fut.

9, 19 110, 28 112, 20 224, 6 251, 6 255, 22 289, 9—18 299, 18 304, 31 324, 28

II 37, 13 64, 22 177, 22 179, 13 250, 5 256, 2

ε) ind. aor.

85, 4

b) *εἰ* c. opt. aor.

in apodosi

α) ind. praes.

46, 3 50, 10 91, 27 94, 5 128, 13 183, 23 *καίτοι εἴ τις συναγαγὼν τούς τε κιθαριστὰς . . . πόλιν κατοικίσειεν*[4]) *ἐξ αὐτῶν, ποία τις ἂν ὑμῖν δοκεῖ γενέσθαι πόλις* 206, 22 224, 29 225, 22 229, 1 230, 6 234, 3, 14[5]) 240, 22 313, 23 314, 5

---

[1]) *εἴη* UBV.

[2]) Codicum lectionem *ἔχοι* retineo contra Arnimium, cum de opinione agatur: cf. enuntiatum antecedens et sequens, quae eodem sensu praebent optativum.

[3]) *κἂν* (pro *εἰ καὶ*) PW: *μέλοιεν* P.

[4]) *κατοικήσειεν* BM; *κατοικήσειν* U.

[5]) Loco 236, 7 *οὐχὶ δεινόν, εἰ καταχρησόμεθα* praebet B *καταχρησώμεθα*, ceteri *καταχρησόμεθα*, Arnimius *καταχρησαίμεθα* coniecit. Cum Foerstero *καταχρησόμεθα* retinendum esse censeo.

II 120, 4 127, 7 145, 11, 16 160, 9 177, 12 178, 16—21 235, 14 257, 1 260, 15 *εἰ δὲ καὶ πλείους τις ἐκβάλοι* [1]), *οὐ πολλοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ πρᾴως ἔχοντες* 269, 24

β) imp.

II 22, 13 297, 11

γ) impf.

323, 28

δ) ind. fut.

244, 19, 25 307, 24

II 65, 7 75, 20 255, 5 256, 16 291, 20 249, 30

ε) ind. aor.

II 252, 16.

Harum enuntiationum condicionalium in numero habendae sunt illae, quibus altera res cum altera comparatur. Haec sunt exempla, quae exstant:

a) *εἰ* c. opt. praes.

in apodosi

α) ind. praes.

111, 25 *Ναὶ μὰ Δία, ὥσπερ εἰ λέγοις* [2]), *ὅτι δάκνοντα ἢ λακτίζοντα ἵππον οὐκ ἂν ζητήσαιμι* 163, 22 *σχεδὸν οὖν ὅμοιον ὥσπερ εἴ τις . . . βάρβαρον μυοίη* [3]) *παραδοὺς εἰς μυστικόν τινα οἶκον* 241, 15 253, 32 255, 25 269, 29 305, 24 320, 14 328, 7 330, 25

II 8, 10 14, 20 *οἷον εἴ τις θαυματοποιὸς ἐκ κηροῦ πλάσας ἵππους ἔπειτα ἀφαιρῶν καὶ περιξύων ἀφ᾽ ἑκάστου προστιθεὶς ἄλλοτε ἄλλῳ τέλος . . . μίαν μορφὴν . . . ἐργάζοιτο* [4]) 92, 14—17 *τοῦτο δεινὸν . . ., ὥσπερ εἰ ναυπηγὸς μὴ παρέχοι τὴν ναῦν πλέουσαν. καὶ εἰ κυβερνήτης . . . πρὸς αὐτὸ τὸ κῦμα ἀποκλίνοι* [5]) *. . . ὁ δὲ τούτου μὲν ἀμελοῖ* [5]) 97, 3—9 98, 4—7 104, 3 142, 23

---

[1]) *ἐκβάλοι* Emperius; *ἐκβάλῃ* M; *ἐκβάλλῃ* UB.

[2]) *λέγεις* PYB.

[3]) *μυεῖσθαι* codices; corr. in *μυοίη* Arnimius.

[4]) *ἐργάσοιτο*, quam lectionem praebent codices, Arnimius recte in *ἐργάζοιτο* mutavit; non autem eius coniecturam *προστιθείη* accipio, etiamsi concedo inter magnum participiorum numerum Dionem hoc loco optativum melius posuisse.

[5]) Pro *ἀποκλίνοι* (*ἀποκλείνοι* M) Emperius *ἀποκνοῖ*, quod improbo; *ἀμελῶν* libri; Arnimius, quem sequor, *ἀμελοῖ*.

158, 18 243, 10—14 273, 16 276, 4—7 *ὥσπερ εἰ νομίζοιμεν*[1]) *τοὺς ἰατροὺς ἅπαντας ἀγαθοὺς εἶναι . . . τῶν δὲ καμνόντων κακῶς τινας πράττοντας βλέποιμεν*[1]), *δῆλον ὅτι . . .*

β) impf.

II 223, 16

γ) perf.

5, 29

b) *εἰ* c. opt. aor.

in apodosi

α) ind. praes.

115, 17 292, 22 296, 2—4

β) perf.

225, 20 II 300, 14 *ἀποκεκλεῖσθαι γὰρ αὐτὸ πάνυ ἀκριβῶς, ὥσπερ εἴ τις ἐν δεσμωτηρίῳ ῥίνην ἀποκρύψειεν*[2]).

His exemplis illa adiungo, quae inducuntur per *ὥσπερ ἂν εἰ*, quae constructio ellipsi quadam *εἶναι* verbi explicanda est: 244, 20 269, 20 278, 21 II 25, 13 91, 23.

Hac ex enumeratione potentialem formae *εἰ* c. opt. — ind. apud Dionem 127ies nobis occurrere apparet, potentialem formae *εἰ* c. opt. — opt. c. *ἂν* 72ies exstare supra vidimus (1, 76 : 1; apud Dionysium eadem fere proportio, eaque 1, 55 : 1). Kruegeri (§ 65, 5, 4) definitionem („Diese modifizierte Form des hypothetischen Satzgefüges ist dann berechtigt, wenn die Bedingung als rein subjektiv, bloss gedacht, die Konsequenz dann als unzweifelhaft sicher hingestellt werden soll") saepe non sufficere optativumque potentialem illos fines saepe transisse et novimus et apud Philostratos confirmatum videbimus. Aliter apud Dionem. 48ies in eius orationibus *εἰ* c. opt. fictam opinionem exprimit, et ceteris locis partim de opinione partim de exspectatione agitur. Ad exspectationem solam exprimendam *εἰ* c. opt. omnino non usurpatur. Cum hac re optativum his in enuntiatis minime contra suam naturam artificiose a Dione adhibitum esse intellegitur tum hisce locis, quibus ad opinionem exprimendam constructione *ἐάν* c. coni. usus est:

---

[1]) Libri habent *νομίζεις* et *βλέπομεν*; Reiskius, quem secutus est Arnimius, recte in *νομίζοιμεν* et *βλέποιμεν* mutavit.

[2]) *ἀποκλέψειεν* M.

224, 29—33 305, 11 308, 2 316, 25 331, 16
II 37, 16 40, 12 58, 14 178, 25 180, 7 204, 23 228, 6.

Exemplorum, quibus partim de opinione partim de exspectatione agitur, longe plurima per *ἐάν* c. coni. expressa esse nobis iam non mirum esse potest.

II. Optativus obliquus

qui dicitur, pro *ἐάν* c. coni. hisce locis apparet

1. post tempora praeterita

α) praesentis

128, 5 146, 15 288, 12
II 47, 29 128, 1 210, 4 251, 4 298, 24

β) aoristi

151, 14 II 117, 24

2. post praesentia tempora

aoristi

109, 24 261, 3 147, 21.

Huius optativi in condicionalibus quoque enuntiatis non plures inveniri optime ad id, quod iam p. 24 sqq. de optativi obliqui usu disserui, quadrat.

III. Ad rem iteratam significandam adhibetur *εἰ* c.

optativo iterativo,

quem dicunt, hisce locis

a) post tempus praeteritum (praecipue imperfectum) 8ies

α) praes.

57, 19, 23 133, 30 *οὐκ εὐθὺς ἐδίωξαν τὴν ἀδελφήν, μάλιστα μέν, εἰ κατὰ πλοῦν ἕλοιεν* [1]) II 118, 10 120, 16

β) aor.

192, 27 193, 3 241, 32

γ) perf.

12, 29

b) post praesens tempus 23ies

α) praes.

32, 9 71, 17 78, 8 93, 24 95, 6 155, 16 *εἰ δ' αὖ τις ἐθέλοι* [2])

---

[1]) *ἔλθοιεν* libri praeter V, Arnimius *ἕλοιεν*, quod accipio improbans, quod dicit in adnotatione fortasse scribendum esse *εἰ δύναιντο κατὰ πλοῦν ἑλεῖν*.

[2]) *θέλοις* M, *ἐθέλει* Y.

σκοπεῖν τῆς πτερώσεως τὸ κοῦφον παρέχει θεάσασθαι ἑαυτόν 256, 20 II 145, 12 218, 2

β) aor.

44, 16 92, 10 *εἰ δέ ποτε ἐπέλθοι*[1]) *παίζειν τοῖς τοιούτοις* . . ., *μέμνηται τοῦ θανάτου* 148, 22 226, 30 312, 21

II 166, 8 181, 21 184, 9 214, 27 256, 15 263, 10 *εἰ δέ ποθεν ἀλλαχόθεν προσπέσοι*[2]) *θροῦς* . . ., *εὐθὺς ἀνακυπτούσας* 266, 25 *εἰ δ' ἄρα καὶ ἅψαιντο*[3]) *τῶν τοιούτων, μεθ' ὕβρεως* . . . 285, 11 289, 6 298, 14, 27.

Hic quoque exempla post praesentia tempora, quamquam plura sunt, sine ullo dubio per illorum post praeterita tempora analogiam orta sunt. Ceterum de optativo iterativo velim conferas, quae exposui p. 31.

Quid iam ex omnibus, quae de optativi et formis et syntaxi exposuimus, sumendum est? Optime omnia cum iis, quae Schmidius et Nordenus (locis p. 6 a me allatis) de Dionis genere dicendi explicaverunt, congruunt. Ut alias Atticorum scriptorum proprietates, ita etiam optativum Dio non consilio quam saepissime usurpare studuit, sed, etiamsi non eadem ratione qua Dionysius in rhetoricis, hoc modo e parte non aliter atque *Κοινῆς* scriptores usus est. Unius optativi potentialis usus valde ab iis abhorret etiamque magis quam apud Dionysium ad Atticorum usum quadrat. At optativum obliquum et iterativum et optativum ex *εἰ* coniunctione pendentem Dionem valde neglexisse nemo erit qui neget.

Haec habui, quae de optativi usu Dioneo disputarem.

Iam examinemus orationem XXXVII,

cuius auctorem Dionem non esse ab omnibus conceditur. Eam artificiosissime secundum Asianorum, qui dicuntur, dicendi genus conscriptam (cf. Norden l. c. 422) Favorino tribuendam esse primus ostendit A. Emperius (de oratione Corinthiaca falso Dioni Chrysostomo adscripta (1832), quae commentatio repetita

[1]) *ἔλθοι* P.

[2]) *προπέσοι* pro *προσπέσοι* M.

[3]) *ἅψαιτο* codices, in *ἅψαιντο* correxit Reiskius.

est in eius opusculis 18 sqq. ed. Schneidewin Gotting. 1847), quem secuti sunt Cobetus (Mnemosyne Nov. Ser. V 100) et R. Volkmannus (Plut. I 199). Neque huic opinioni usus optativi obloquitur.

8 optativi in ea nobis occurrunt iique sunt

1. praesentis

act: εἴη: 25, 2 27, 29
φαίη: 25, 23
ἔχοι: 24, 2
med: φαίνοιτο: 28, 26

2. aoristi I

act: εἰκάσαις: 19, 26

3. aoristi II

act: εἴποιμι: 25, 19
med: γένοιτο: 22, 13.

Transeuntes ad horum optativorum syntaxin habemus

1. semel optativum optantis ab εἴθε γάρ pendentem: 27, 29

2. quater optativum potentialem eumque

a) praesentis

act: 24, 2 25, 2

b) aoristi

act: 19, 26 25, 19.

3. Semel exstat optativus obliquus in enuntiatione ab ὡς pendente

praes. med: 28, 26.

Indicativus quater in ea apparet.

4. Bis adhibetur optativus in enuntiato condicionali

a) εἰ c. opt. — imp.

22, 13

b) in enuntiato comparativo post ὥσπερ ἂν εἰ

25, 23.

B. De optativi apud Philostratos usu.

Complures viri doctissimi, quomodo inter quattuor illos Philostratos scripta, quae sub eorum nominibus memoriae tradita sunt, distribuenda essent, indagare conati sunt [1]). Hanc quaestionem Muenscherum, qui postremus tractavit (Die Philostrate, Philologus Suppl. X 1907), recte disceptasse persuasum habeo. Secundum eius sententiam Nero Philostrato primo, vitae Apollonii et sophistarum, Gymnasticus, quae exstant epistulae Philostrato secundo, Imagines priores, Heroicus, *ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ* Philostrato Lemnio, Imagines posteriores Philostrato quarto tribuenda sunt. Schmidius quoque, qui Muenscheri commentationis censuram egit (Berliner philologische Wochenschrift 1909 n. 17) in universum eum sequitur, sed Heroicum quoque et Imagines et Neronem a secundo Philostrato scripta neque epistulas omnes huic Philostrato tribuendas esse arbitratur.

Iam in singulis operibus qui sit usus optativi, inquiramus.

In Nerone,

quod opusculum etiam Suidas Philostrato primo vindicat, quattuor inveniuntur optativi iique

1. 2 opt. praes. act:

εἴη: 222, 29 224, 8

2. 2 opt. praes. med:

χαριζοίμην: 220, 16
μιμοῖτο: 222, 26.

Horum optativorum unus est optativus potentialis, qui adhibitus est ad iudicium modestius proferendum atque in interrogatione indirecta nobis occurrit: praes. 220, 16.

Unus optativus post praeteritum tempus reperitur in enuntiato finali pendens ab *ὡς* coniunctione: praes. 224, 8.

---

[1]) Bergk, Die Philostrate, in Th. Bergks fünf Abhandlungen zur Geschichte der griechischen Philosophie und Astronomie ed. G. Hinrichs, Lpz. 1883, p. 175 sqq. — Rohde, Göttinger gelehrte Anzeigen 1884 I p. 32 sqq. — Fertig, de Philostratis sophistis, Diss. Bamberg, 1894. — Schmid l. c. IV 1 sqq.

Bis optativus apparet in enuntiato condicionali: semel in enuntiatione formae εἰ c. opt. praes. — part. perf. 222, 29 et semel est optativus iterativus post praesens tempus 222, 26.

His ex perpaucis optativis nihil de Neronis auctore statui posse concedes.

Transeamus ad Philostrati secundi opera tractanda atque primum

de optativi in Apollonii et sophistarum vitis usu disseramus.

In vita Apollonii optativi nobis occurrunt 724, i. e. centum paginis Teubnerianis continentur 212, 8 huius modi exempla, quo numero paene tanto, quantus apud Platonem invenitur, in optativo adhibendo Philostratus quantopere Dionem quoque superaverit, dilucide cognoscitur.

In vitis sophistarum optativi exstant 134, ergo in 100 paginis 105 exempla reperiuntur. Etiamsi sunt dimidio minora quam vitae Apollonii, e materia, quae tot optativos non admittit, hoc satis intellegi potest.

Optativi inter genera verbi et tempora hoc modo distribuuntur:

514 opt. act:	253 opt. med:
304 praes.	131 praes.
246 in vita Ap.	114 in vita Ap.
58 in vitis soph.	17 in vitis soph.
15 fut.	10 fut.
11 in vita Ap.	8 in vita Ap.
4 in vitis soph.	2 in vitis soph.
56 aor. I	33 aor. I
49 in vita Ap.	29 in vita Ap.
7 in vitis soph.	4 in vitis soph.
132 aor. II	77 aor. II
120 in vita Ap.	66 in vita Ap.
12 in vitis soph.	11 in vitis soph.
8 perf.	2 perf. in vita Ap.
6 in vita Ap.	
2 in vitis soph.	

91 opt. pass:

43 praes.
 37 in vita Ap.
 6 in vitis soph.
45 aor. I
 36 in vita Ap.
 9 in vitis soph.
3 aor. II
 2 in vita Ap.
 1 in vitis soph.

I. De usu optativorum universo.

1. Ut apud Dionem, his quoque in vitis optativi a paucis tantum stirpibus 213/76 [1]) formati sunt. Praeter verba *κραδαίνω*, *ψεκάζω*, quod verbum Atthidis esse Phrynichus negat, *χραίνω*, *γλίχομαι*, *ἐμφοροῦμαι*, *κνάμπτομαι* pro *γνάμπτω*, *ἀποβρέχομαι*, *ἀποκνέω*, *βασκαίνω* omnia apud Atticos quoque scriptores saepissime adhibita sunt.

2. Verborum contractorum in -*όω* cadentium optativi non exstant; verborum in -*έω* exeuntium inveni has formas:

in vita Ap. 60

act:

ξυγχωροίην: 49, 5 [2])
ἐπαινοίην: 51, 30
παραινοίην: 197, 4
ἀδικοίην: 96, 11
φιλοσοφοίην: 106, 22
δοκοίην: 179, 2
ἐνοχλοίην: 188, 13
εὐδοκιμοίην: 321, 22
δοκοίης: 36, 3
ξυμφιλοσοφοίης: 206, 24
θαρροίης: 273, 10
ζητοίη: 18, 11
κοινωνοίη: 33, 12
χωροίη: 51, 24
ἐπαντλοίη: 328, 3
ἐπαινοῖ: 149, 2
δέοι: 80, 10
πλέοι: 143, 20
πλεονεκτοῖεν: 93, 2
πωλοῖεν: 102, 32
φθονοῖεν: 278, 21
καταφρονοῖεν: 160, 8

med:

ἡγοίμην: 109, 16 235, 17
ἐξηγοίμην: 4, 28 147, 24
αἱροίμην: 48, 22
κοσμοίμην: 68, 13
ἐμφοροίμην: 96, 13
ἀπολογοίμην: 262, 22
ἡγοῖο: 108, 22 180, 17 303, 11
ἀπολογοῖο: 187, 10
αἱροῖο: 215, 32
παραιτοῖτο: 1, 5 186, 13

---

[1]) Quod est: 213 in vita Ap. et 76 in vitis soph.
[2]) Usus sum editione Kayseri Lipsiensi 1870/71.

ἡγοῖτο: 61, 3 148, 5 150, 5 296, 3 333, 6
ἀφικνοῖτο: 61, 16
ποιοῖτο: 66, 23
ἐνθυμοῖτο: 76, 24
οἰκοδομοῖτο: 205, 21
δέοιτο: 125, 17
ἡγοῖντο: 80, 7 92, 22 97, 16 111, 27 114, 2 156, 7
δέοιντο: 125, 19

pass:

μισοῖτο: 37, 4
θεωροῖτο: 114, 6
φθονοῖτο: 149, 28
καλοῖτο: 253, 14
ἀγνοοῖτο: 300, 32
οἰκοῖντο: 128, 23

in vitis soph. 6

act:

αἰτοίην: 112, 22
δοκοίη: 115, 30

med:

σιτοῖτο: 61, 20
δέοιτο: 44, 9
δέοιντο: 67, 32

pass:

ἀμελοῖτο: 92, 8.

Verborum in *-άω* exeuntium repperi in vita Ap. hosce 25 optativos

act:

δρῴην: 193, 26
ὁρῴης: 287, 3
μελετῴη: 26, 1
φοιτῴη: 30, 4 71, 26
ὁρῴη: 66, 29
διορῴη: 47, 5
ἐῴη: 74, 14
διαιτῴη: 81, 6
διψῴη: 87, 20
ἀνασπῴη: 92, 22 94, 29
ἐρῴη: 176, 10 255, 2
ἐρυθριῴη: 224, 7
δρῴητε: 96, 13
ἐπιφοιτῷεν: 176, 12

med:

χρῷο: 215, 32
ἁμιλλῷτο: 147, 17
χρῷτο: 162, 32
πλανῷτο: 209, 6

pass:

ἀνασπῷτο: 199, 22
ὁρῷτο: 119, 27
τιμῷτο: 237, 23
ἐρῷτο: 251, 17

in vitis soph. 2

act:

μελετῴη: 51, 14

med:

μελετῷτο: 66, 13.

Hac enumeratione in vita Ap. quattuor illis *δέω* et *πλέω* verborum formis exceptis 81 optativos praesentis activi ver-

borum contractorum inter optativos 724 (1 : 8, 93) exstare ostenditur. Quam spectantes proportionem Philostrato ut Atticorum sermonem aequaret, hac in re etiam melius quam Dioni (1 : 19, 5) contigisse omnes concedent.

3. Verba in -*μι* desinentia hic paulo rarius quam apud Dionysium et Dionem nobis occurrunt; exstant enim eorum in vita Ap. 105 optativi[1]) (opt. verb. in *μι* : opt. verb. in -*ω* = 1 : 6, 90), in vitis soph. 10[2]).

4. E temporibus apud Philostratum etiam magis quam apud Dionem praesens secundum veterum scriptorum usum saepissime 478 ies nobis occurrit (opt. praes. : opt. aor. = 1 : 0, 78).

Futurum quoque aliter atque apud *Κοινῆς* scriptores et Dionem, quem hoc tempus plane vitasse supra vidimus, in his vitis saepius invenitur.

Haec exempla inveni:

in vita Ap. 19

act:	*δικάσοι*: 80, 26
μεθέξοιμι: 101, 21	med:
ἀποκνήσοι: 4, 25	*προσδέξοιο*: 303, 26
αἰτήσοι: 35, 2, 6	*ἔσοιτο*: 173, 9 309, 31
φιλοσοφήσοι: 71, 24	*ἄρξοιτο*: 7, 19
ἀποκόψοι: 11, 22	*τέρψοιτο*: 330, 32
διατρίψοι: 229, 24	*ἀναγνώσοιτο*: 148, 12
ἀντιλέξοι: 216, 9	*προβήσοιτο*: 173, 8
ἄρξοι: 259, 17 316, 30	*ἀφίξοιντο*: 212, 31

in vitis soph.

act:	med:
δώσοι: 44, 9	*ἔσοιτο*: 121, 32
ποιήσοι: 79, 1	*δέξοιτο*: 18, 5.
ἐμπαιδεύσοι: 29, 19	
ἥξοι: 90, 4	

Idem est dicendum de optativis perfecti, quos 8 ies meros:

---

[1]) 70 opt. praes., 7 fut., 5 opt. aor. I, 23 opt. aor. II.
[2]) 16 „ „ 3 „ 1 opt. perf.

in vita Ap.

ἑστήκοι: 17, 22 31, 33	τεθνήκοι: 173, 6
ἡρήκοι: 171, 12	πεφεύγοι: 173, 5
ὡρμήκοι: 260, 9	

in vitis soph.

ἐπιδεδώκοι: 57, 14	προειρήκοι: 95, 27;

6ies participio perfecti cum optativo *εἶναι* verbi coniuncto circumscriptos videmus:

in vita Ap.

act: *μεμαθηκὼς εἴην*: 95, 18
ἀνηλωκὸς εἴη: 181, 31
med: *ἠκροαμένος εἴη*: 41, 14
πεποιημένος εἴη: 258, 10

in vitis soph.

act: *διεφθορὼς εἴη*: 19, 1
pass: *παρεωραμένος εἴη*: 87, 24.

Ex omnibus, quae de temporibus in Apollonii et sophistarum vitis optativi disserui, Philostratum magis quam Dionysium et Dionem secundum Atticorum sermonem illa adhibere studuisse satis cognoscitur.

5. Optativi activi nobis occurrunt in vita Ap. 434, in vitis soph. 83, medii in vita Ap. 217, in vitis soph. 34 (2 : 1). Eadem proportio est apud Diodorum, quem in singulis rebus veteres scriptores imitatum esse constat, cum ceteri *Κοινῆς* scriptores eodem modo quo Dionysius in rhetoricis et Dio medio multo rarius utantur.

II. De singulis optativorum formis.

1. Dionem verborum contractorum formas in *-οίην* (*-οίης* etc.) et in *-οῖμι* (*-οῖς* etc.) cadentes partim ex arbitrio adhibuisse partim illas clausulae causa saepius repressisse in Dionis orationibus pertractandis invenimus. Apud Philostratum horum verborum optativi uno *ἐπαινοῖ* 149, 2 excepto (hac de forma conferas velim, quae in pagina sequenti exposui) secundum Atticorum usum semper in *-οίην -οίης -οίη* exeunt. His formis Philostratum non clausulae regulis commotum, sed ut sermonem

suum secundum veterum auctorum normam conformaret, usum esse hisce, quae exstant, exemplis satis apparet.

2. pers. 36, 3 ὅπως ἂν μὴ ἄλλῳ . . . παραιτεῖσθαι δοκοίης, ἅπερ ἂν ὁ βασιλεὺς διδῷ

206, 24 . . . ἐμοί τε ξυμφιλοσοφοίης καὶ τοῖσδε

273, 10 . . . ὅπως θαρροίης μὲν τὰ ἐπ᾿ ἐμοὶ ὄντα,

3. pers. 18, 11 ἐρομένου . . . τινός, ὅτου ἕνεκα οὐ ζητοίη, ὅτι ἔφη . . .

33, 12 ὡς μὴ κοινωνοίη τοῦ αἵματος.

51, 24 ὅτε γε δι᾿ ἕλους ἢ πηλοῦ χωροίη;

328, 3 . . . οὔτ᾿ εἴ τις ἀπαντλοίη, ὑποδιδοῦσαν.

in vitis soph.

115, 30 ὡς μὴ δοκοίη δι᾿ ἑνὸς ἀνδρὸς κηρύττεσθαι . . .

Quater omnino non de clausula agitur (in vita Ap. 18, 11 36, 3 273, 10, in vitis soph. 115, 30) et quater ad clausulam formandam altera forma eodem modo uti potuit (in vita Ap. 33, 12 51, 24 206, 24 328, 3). Uno illo loco 149, 2 ut forma ἐπαινοῖ Philostratus numerosi enuntiationis exitus causa adhibuerit, fieri potest: ita enim oritur clausula formae — ⏑ — / — ⏑, quae melior est, quam si forma ἐπαινοίη usus esset.

Formarum aoristi I activi exeunt in vita Ap.

2. pers. sing. semel in -ειας:

30, 13 καταφρονήσειας δ᾿ ἄν;

bis in -αις

145, 1 καὶ γήμαις δ᾿ ἂν αὐτήν;

261, 32 ὡς / παῖδα θύσαις ὑπὲρ μαντικῆς.

Formas in -αις exeuntes Philostratus sine ullo dubio clausulae causa posuit.

3. pers. sing. cadit semel in -αι:

